Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Zacharias Grape

Orator Ecclesiasticus Quinque Imperativis Homileticis Lipsiensibus instructus : Inque Usum Auditorii Sui Domestici Editus

Editio secunda auctior, Rostochii: Schwiegerovius, 1704

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn826280226

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn826280226/phys_0001
DFG

Fk 3189.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn826280226/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn826280226/phys_0003
DFG

זלאל:

ORATOR ECCLESIASTICUS

QVINQVE

IMPERATIVIS HOMILETICIS LIPSIENSIBUS

instructus,

INQVE USUM AUDITORII SUI DOMESTICI EDITUS

â

ZACHARIA GRAPIO,

D. P. P. & V. D. M.

Editio secunda auctior.

ROSTOCHII,

Impens. NICOLAI SCHWIEGEROVII,

Ampl. Sen. Typogr. Ann. 1704.

FK-3189.

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

זברה לי אלהי לטובה:

PRÆFATIO

AD DNN. AUDITORES SUOS.

Honoratiſſimis meis Dnn. Auditoribus, Commilitonibus chariſſimis

S. P. P.

ZACH. GRAPIUS, Roſtochienſis. D.

TRia egregia reqviſita ſunt, qvæ *Auguſtinus* in tr. *de Doctrin. Chriſt. l. 4. n. 11. p. 148.* in Oratore qvodam poſtulat, nimirum, ut *doceat, delectet, flectat. Docere* enim, addit, *neceſſitatis eſt, delectare ſuavitatis, flectere victoriæ.* Qvæ ſi qvis inprimis etiam in Oratore Eccleſiaſtico (ad qvem præ aliis qvoqve reſpexit *Auguſtinus*) reqvireret, in Oratoriam S. neqvaqvam erit injurius. Omnino enim oportet hic *docere.* Eſt hoc mandatum ipſius Salvatoris ad ſuos diſcipulos: Docete omnes gentes *Matth. XXIIX. 19.* Sic & *delectare* decet, ita enim dicit Dominus *Eſa. XL. 2. Loqvamini Jeruſalem ad cor, Luth.* redet mit Jeruſalem freundlich). Deniqve & *flectere* hic debet Orator. Ita inſtruit DEus *Jeremiam c. I. 10.* Talis Orator tribus his reqviſitis exornatus fuit Chriſtus in diebus carnis ſuæ. Qvemadmodum enim in V. T. de eo prædictum fuit *Eſa. LXI. 1. 2. 3.* ita etiam in N. T. ſe exhibuit. Uti id orationes ipſius ab Evangeliſtis conſignatæ luculenter ſatis teſtantur. Tales Oratores fuere qvoqve *Prophetæ, Eſaias, Apoſtoli, Paulus*, qvem Θεοῤῥήτορα *Nicetas* appellat, *Johannes* &c. Qvorum ſcripta id eloqvuntur. Hinc admodum eleganter de hâc eloqventia *Nicol. Cauſinus Trecenſis de Eloqv. Sacr. & prof. l. 1. in præfat. p. m. 2. Hæc eſt vere ſublimis eloqventiæ facultas; cujus ut origo cœleſtis eſt, ita omnino admirabiles & plane aurei fœtus extiterunt: Hæc non verborum floſculis, delicatis auribus lenocinata, ſed intimis ſenſibus cœleſti quodam ardore, ſuccenſis, hominesſibi ſubjecit,*

fecit, hac Reges domuit, hac civitates, provincias, orbem denique universum, repudiatis erroribus, ad Christi jugum pellexit; hac effecit longe aliter, quam sub fabuloso Orpheo, ut agni lupis accubarent, cum efferatos antea Ethnicorum animos ad amorem religionis, continentiæ, mansvetudinisque traduxit. Hác eloquentiá Moyses in sacris mirifice claruit, secundum Origenis & D. Gregorii sententiam disertus censebatur, imprimis ea, qva florent homines, eloquentia, utpote á puericiæ rudimentis in aulá regiæ liberaliter institutus, & nobilioris ingenii cultura perpolitus: Sed postquam cum DEO sermones miscere cæpit, juxta divinam eloquentiam & sapientiam sibi visus est omnium prope infantissimus &c. conf. eundem *Caussin. lib. 14. in præfat. & c. 1. p. m. 889. seqq. & B. Morhof. in dissut. de Eloqv. in tacendo n. 23. p. m. 30.* Hanc eloqventiam imitetur Orator Ecclesiasticus & parem ex profanis non habebit, Ecclesiamqve suam non minori eum fructu ædificabit. Qværitur autem: Unde hoc discimus? Respondeo: Non ex *profanis Oratoribus*, non ex *Poëtis*. Ex qvibus nescio qvâ audaciâ, dicamne, an stultitiâ pomposis phrasibus, phaleratisqve verbis nonnulli Auditorium qvoddam Sacrum delectare conantur. Qvi tamen verborum fumus ad aures qvidem aliqvando ascendit, cor vero, ad qvod tamen dicere oportet, minus tangit, vel si tangat, molestus magis, qvam jucundus est. Ita nec ex *proprio cerebello*, pro rationis liripipio methodus qvædam est fingenda, ex qvâ passim non concionamur; sed fabulamur. Qvalis methodus modernorum *monachorum* est, de qvâ vid. *Autor de la Politique des Jesuites p. 173.* & Dn. D. *Rechenberg. Diss. de ineptiis clericor. Rom. §. 7. seqq.* Qva ratione & Sutores ac Sartores, imo & ipsæ mulierculæ suggestum ascendere poterunt, nec necesse esset, ut studiis diu operam daremus. Non ita Commilitones Honoratissimi! Alia viâ procedit is, qvi animas ad DEum ducere studet. Sacrum Codicem potius, qvi Prora & Puppis Studii Theologici est, ut Veteres loqvi amant, accuratius scrutatur & ex concionibus *Prophetarum, Christi* & *Apostolorum*, & qvi hos imitati.

Veterum

Veterum Ecclesiæ *Patrum*, regulas qvasdam sibi format, qvas datâ occasione applicat. Egregia hæc methodus in seqvioribus seculis, inprimis cum *Monachi* illi inepti florere cœperunt, plane negligebatur, rudisqve populus nonnisi fabulis pascebatur. Præsertim id ita factum in Feriis & Natalitiis Paschalibus, unde natus est famosus ille *risus Paschalis*, qvem Concionatores fabulis manifeste confictis, nec raro obscœnis, in festo Paschatos excitare soliti sunt. Qvod ita esse agnovit *Petrus Cantor Parisiensis*, qvi in libro, cui titulum fecit: *verbum abbreviatum*, A. C. 1190. acriter objurgat Concionatores, qvod intermissa doctrinâ Sacrâ & sana ad fabulas confugerent. Eodem modo & conqveruntur *Durandus* Episcopus A. 1300. *de modo celebrandi Concilii general. P. 3. tit. 26. &* A. 1303. *Dantes Aligerius de Florentia in Cantico 29.* item *Augustinus Valerius Episcopus Veronensis*, qvi ad imitationem *Aristotelis* tres libros *Rhetor. Eccles.* scripsit l. 1. c. 22. Exempla qvædam istiusmodi fabularum vid. in Jesuwald Pickhards (qvi alias *Marnixius* audit, Bienen-Korb des H. Röm. Immenschwarms p. 83. *b.* 150. *a.* 205. *b.* conf. *Joach. Hildebr. de Veter. Concion. n. 37. in fine* & *Dn. D. Rechenb. in dissert. citat. de ineptiis Clericorum Romanens. §. 19. seqq.* Exoriente autem purâ Evangelii luce Methodus illa per *ignaviam* ac *ignorantiam Monachorum* neglecta introduci iterum cœpit, viam in concionibus suis revera aureis sternente Megalandro nostro *B. Luthero*, qvem mox cordatiores plurimi alii secuti. Donec tandem eandem hanc methodum ad summam perfectionem deduxerint *Theologi Lipsienses*, ex qvibus nominasse sufficiat, qvi in *præceptis homileticis* dandis clarent, *Hülsemannum, Carpzovios*, qvorum vestigia postea legerunt *Rivinus, Seeligmannus, Gunther us, Wernerus*, aliiqve infiniti ferme. Qvæ methodus non alia est, qvam ipsa illa *Prophetarum, Christi, Apostolorum, Patrum* & *Lutheri*, uti ad oculum demonstrant Magnif. *Joh: Ben. Carpzov. fil jam p. m. in Diss. de Orthodoxia & Orthotomia in Ecclesia Ministro Tit. l. 9. requisita cap. 3. probl. 1. p. m. 33. sqq.* & Magnif. *Dn. D. Joh. Fr. May-*

er, in Museo part. 2. p. m. 3. sq. Hinc præ aliis tanqvam ædificationi maxime inserviens methodus hæc mihi placuit, præsertim cum ipse Scholas Homileticas in Celeberrima illa Lipsiensium Academia omnis elegantioris literaturæ sede freqventare cœpissem. Qvamvis antea, cui manuductio viva deerat, vel plane nullum, vel certe falsum de hâc methodo haberem conceptum: qvod non mihi tantum; verum & multis adhuc aliis evenisse deprehendi. Qvo fiebat ut præcepta omnia odio ferme ex ignorantia habere cœperim (*Ignoti enim nulla cupido*) qvæ tamen postea, cum dextrâ qvædam accederet informatio, admirari satis non poteram, præsertim cum methodice elaboratas conciones audire simulliceret. Hic omnia concurrebant: *doctrina, delectatio*, ac *motio*. Non qvidem *anilis* illa, per qvam mulierculæ ad lacrymas propensissimæ vel per unicum de cruce ac calamitate dictum resolvuntur; Sed *heroica* illa, vereqve *divina*. Tum primum perspiciebam, qvænam differentia esset inter methodum meam, juxta qvam hactenus conciones meas elaboraveram, & inter illam, ex qvâ animæ informari pariter ac moveri salutariter poterant. Notabam hæc mihi omnia non sine curiositate in meum usum, qvæ in Patriam redux cum commilitonibus meis honoratissimis, desideriis ipsorum gratificaturus, communicabam, inq; nonnullis profectus non contemnendos non sine gaudio perspiciebam. Dictitavi hactenus hunc in finem ad calamum præcepta qvædam, qvæ exemplis variis illustrabam, & qvidem ob defectum exemplarium *compendiorum Lipsiensium* impressorum. Qvi defectus cum & adhuc nos premat, denuoqve ad Exercitia hæc â Vobis honoratissimi Commilitones provocer, ad evitandum eadem semper dictitandi fastidium, compellor brevissima qvædam præcepta prælo, nunc jam secundâ vice potissimum qvoad exempla auctiora, subjicere; sed, qvod præcaveo, nullum alium in finem, qvam in *usum* vestrum *privatum*. Eeqvid enim aliis, qvibus compendia, qvorum numerus infinitus fermè est, ad manus sunt, inservient? Nihil hic novi sperandum est, Excerpta sunt ex *Carpzoviorum, Rivini, Sceligmanni*, alio-

aliorumq; *Lipsiensium* laboribus, qvibus qvid addam ferme non habeo, præter *vivam vocem* eadem explicando, explicata exemplis novis illustrando, *præxinque* urgendo, *Ordinem* regularum qvantum attinet, perinde erit, qvemnam servare velimus. Placuit autem hàc vice ordo ille Magnifici Dn. *D. Seeligmanni*, Patroni mei ac Præceptoris in hoc studio non sine insigni reverentia animi à me citandi, cui præ aliis, qvantum hic vires valent, debeo, qvod gratissimo animo agnoscere nunqvam desinam. Solebat ille in suis Collegiis *qvinque* proponere *Imperativos*, uti vocabat, nimirum h. m. (1.) *Textum lege.* (2.) *lectum intelligere stude.* (3.) *intellectum dispone.* (4.) *Conscribe.* (5.) jam *habe.* Ex qvibus ipse multum profeci, profecerunt & alii mecum. Secundum qvinqve igitur has regulas universum hoc artificium proponere, & sub iisdem excerpta nostra locare liceat. Idqve qvod iterum prænoneo in *usum* tantum *privatum*, ob defectum exemplarium, qvæ pro numero utentium habere neqvimus in Bibliopolio nostro. Qvæ si haberi potuissent, nunqvam laborem hunc, qvem aliàs omnino superfluum esse duco, qvia compendiorum Homileticorum, qvæ qvotidie prodeunt, ferme non est numerus, in me suscepissem. De Auxilio ergo divino, qvod imploro; ac favore Vestro Commilitones honoratissimi, qvem sollicito, certus, vela jam pando, & qvidem sine prolixâ *methodi commendatione*, Vino enim vendibili hedera suspensâ qvid opus est? *Vel vindicatione* adversus intempestivos momos, ecqvis enim hodie in nimis delicato mundo omnibus placet? Ita nec multum præfabor de *Natura* & *Constitutione*, seu *Causis* ac *definitione* Homileticæ: nec de *prærequisitis* Homiletæ prolixe agam, qvalia sunt *pietas*, qvam in vobis Commilitones exoptatissimi præsuppono, & ad eandem omnino hortor, & *eruditio*. De qvibus per discursum dici qvædam poterunt. Sit ergo Bono cum Numine.

IMPERATIVUS I.

LEGE.

§. I.

DUo hic obſervamus: (1) *qvid legendum?* (2) *ipſam lectionem.*

§. 2. *1. Legendus eſt Textus*, circa qvem rurſus obſervamus (1) *qvid ſit?* (2) *qvotuplex* ſit? (3) *qvalis* debeat eſſe?

§. 3. *Primum momentum* qvod attinet ita breviter Textum deſcribimus, qvod ſit *particula qvædam ex verbo DEI deſumta, qvæ ſubſternitur toti concioni ut fundamentum.* Hinc textus vocatur *centrum* & *meta* totius concionis, *fons*, ê qvo argumenta potiora haurienda, *baſis* & *fundamentum*, cui tota tractatio nititur, imo totius Concionis *anima*. Male ergo faciunt illi, qvi dum concionantur, textum domi relinqvunt, vix unâ alterâve vice eodem citato, qvaſi textus in ſpeciem duntaxat prælectus fuiſſet, qvi tamen per totam concionem audiri debet, tam in explicatione, qvam applicatione, ut ſuo loco oſtenſuri ſumus.

§. 4. Eſt textus *varius.* Soleo illum ita diſtinguere: in *ſtatum*, *oblatum*, & *arbitrarium*, ſeu *electum*.

§. 5. Textus, *ſtatus*, ſeu *ordinarius* immutabilis eſt, nimirum ille, qvi ſemel ab

Eccleſia

Ecclesia est receptus, qvales sunt *pericopæ* illæ *Dominicales*, *Evangeliorum*, & *Epistolarum*, qvæ singulis Dominicis & ordinariis Festis præleguntur ac explicantur. De qvarum *pericoparum origine* qværitur: qvam recens sit? Et qvidem putant nonnulli, *pericopas Evangelicas Sec. IV.* ab *Hieronymo* jussu *Damasi* esse collectas. Qvem imitatus sit *Paulus Warnefridus Diaconus Aqvilejensis*, qvi Sec. VIII. pericopis Evangelicis Epistolicas qvoqve adjecerit, vid. *B. Gerh. Homil. part. 1. Epist. dedicat. Walefrido Straboni Abbati* Vir qvidam Clariss. (qvi est *Joach. Hildebrandus*) *de concion. vet. n. 36. ap.* Magnificum Pomeranorum Præsul. Dn. D. *Mayer.*, *in Museo part. 2. p. m. 92.* imputat, illum primis Apostolorum Successoribus hanc tribuisse operam, verum rationibus minus certis, teste *Mornæo. l. 1. de Missâ c. 3.* Sed qvod pace tanti viri scribit idem Dn. D. *Mayerus*, *Walefridum* atqve *Mornæum* aut plane non, aut aliis forte cogitationibus abreptum inspexisse. Utrumqve enim non de distributione Pericoparū Evangelicarum atqve Epistolicarum, qvibus præsens utitur ætas, sed de lectione Evangelii Epistolæqve in Missæ solemnibus, & qvis illam instituerit primus, agere. *Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. S.* ap. *Hildebrand. l. c.* operam hanc tribuere dicitur *Alcuino s. Albino Flacco Caroli M.* Præceptori. Hunc a.

â Sixto Sen. non tam primum *distributorem Evangeliorum & Epistolarum*, qvam primum *Postillatorem* vocari, notat Dn. D. *Mayerus l.c.* Alii *Bedæ*, alii *Musæo* cuidam Concionatori *Marsilienſi* distributionem hanc adscribunt. Res est incerta, vide alias adhuc conjecturas ap. Dn. D. *Mayer. l. c. Hildebrand, l.c. Fabric. in partit. Codic. Ebr. p. m. 35. B. Balduin. in præfat. sup. Evang. Meisner. in præfat. ad Meditat. in Evang. B. Walther. in offic. Bibl. p. 234. B. Dn. D. Augusti. Pfeiffer. in Antiqvit. Sel. p. m. 201. Calixt. in apparat. p. m. 128. & in Exerc. de sacrif. Chr. semel in Cruce oblato. th. 69.* &c. Sufficit sat antiqvum hunc ordinem esse, cui procul dubio occasionem dederunt *Paraschæ* & *Haftaræ* Judæorum, qvibus hæ Pericopæ respondent. Aliàs qværi etiam solet: *Num Pericopæ illæ Evangelicæ, ac Epistolicæ retinendæ in Ecclesiâ, & annon melius textus biblicos juxta ordinem sacri Codicis explicare? Posterius* faciunt *Calviniani*, refertqve *Hoornbeck. in Miscellan. lib. 2. c. 8. p. 228. A. 1614* perDitionem *Brandenburgicam* pericopas hasce fuisse abolitas. Idem urgent & reliqvi Calviniani. vid. *Sixtinus Amama in orat, de barbarie & Amesius de Conscientiâ l. 4. c. 26. qu. 2. Jo. â Marck de vero Script. æstimio orat. Exercit. Textual. annex. p. 458.* Verum enim vero, qvamvis non negemus, accuratius textus illos ordinari potuisse, ut egregrio scripto docet

docet B. *Sandhagen* in *Dedicat.* der kurtzen Erklärung über den Prediger Salomo &c. B. *Dn. D. Seb. Schmidii*, præmiss. qvod & communicat *Dn. D. J. F. Mayer. in Museo part. 2. c. 1. §. 5. p. 50. sqq.* non tamen ob antiqvitatem & utilitatem suam plane abrogandos esse contra *Calvinianos* docemus, idqve potissimum propter plebejos, qvi jam singulis Dominicis certi qvid habent, qvod domi præmeditari qveant. Vide prolixe de hac qvæstione Dn. D. *Mayer. in Museo. l. c. p. 95. sqq.* Conf. *Dannhauer. in Theolog. Conscient. Tom. 1 p. 1075. & Lac Catechet. part. 1. p. 426.* conf. & de his pericopis *Dn. D. Frid. Weissii Progr. Helmstad. edit. & Woerger. in Trigâ dissertat. p. 13. sqq. &c.*

§. 6. Textus *oblatus* est, qvi concionatori in certis casibus â Superioribus, vel etiam interdum ab aliis Auditoribus offertur, ut in Concionibus dokimasticis, inauguralibus, funebribus, nuptialibus, Jobelæis &c.

§. 7. Deniqve textus *arbitrarius*, seu *electus* ille est, qvi in potestate ac arbitrio concionantis est.

§. 8. *Qvalitatem* Textus qvod concernit, hæc de eodem damus monita: (1) sit ordinarie *biblicus*. Sic ordinavit *Concil. Laodicen. c. 16. & 59. vid. Caranz. Summ. Concil. p 134. & 140. & Codic. Can. Eccl. Univ. â Justin. Imp. Confirm.*

Confirm. & à Justello recensit, can. 120. & 163. p. 106. & 119. Edit. Meieri. Qvod si vero interdum textus oblatus sit ex libro qvodam *Apocrypho*, vel *Cantico Ecclesiastico* desumtus, in Transitu ad tractationem, vel in Exordio cum dicto qvodam canonico conferatur, & ostendatur, qvomodo idem qvoqve in Scripturâ Canonicâ habeatur qvoad rem (2.) Textus arbitrarius sit *adæqvatus*, nimirum tempori, vel Evangelio, si occasio fert, consonus (3) non sit *nimis longus*, nec *nimis brevis*.

§. 9. II. *Lectionem* ipsam qvod attinet, omnino eadem est necessaria. Si enim non legeris, nec intelliges. Ordo vero hic esto: (1) Legas in versione Lutheri (2) in fonte (3) in versionibus tam Orientalibus quam Europæis, & qvicqvid futuræ elaborationi inservit, annotes.

§. 10. Sic E. G si textus esset pericopa qvædam ex *Psalm. XLVI*, 2. 3. 4. tum ante omnia textus hic legi deberet, & qvidem juxta præcepta hactenus data (1) in *versione Lutheri*, qvæ lente & cum judicio legenda (2) *in fonte Ebræo*, ex qvo qvoad potiora, sat accurate vertit B. *Lutherus*. Qvod si tamen â verbo ad verbum fontem vertere velimus, forte erit, qvod eo uberio rem meditandi occasionem suppeditet. Sic enim fluunt verba: *DEus nobis*

est

est refugium, & robur, auxilium nobis est in angustiis, quod reperitur valde. Propterea non timebimus, quando mutabitur terra, & quando movebuntur montes in corde marium. Qua ex versione colligimus, qvomodo David loqvatur de piorum confidenti animo, si vel etiam ipse dies extremus, malorum omnium horribilissimum, inciderit, ut adeo recte verterit *Lutherus*: Wenn gleich die Welt untergienge. Præterea etiam observamus ex accentuatione, ultima verba v. 2. *reperitur valde*, non commode posse cum proxime præcedenti: *in angustiis*, connecti, qvemadmodum B. *Lutherus* vertit: in den grossen Nöthen / die uns troffen haben. Sed *Rebbia Gereschatus* in בצרות docet verbum נמצא ad remotius vocabulum: *auxilium*, & virtute hujus ad ipsum אלהים debere referri, ut sensus maxime emphaticus hic sit: *DEus nobis est adjutorium in angustiis, & qvidem ita, ut sit* (liceat sic loqvi) *invenibilis valde*, i. e. *præsentissimus, sufficiens valde.* conf. B. *Dn. D. Augusti. Varen. in Triumpho Regal. David. l. 2. loc. 3. in hunc Psalm.* Jam (3) legatur in *versionibus*. Sic *LXX virilis versio* vocabulum *auxilii, vertit per*: βοηθὸς, qvod proprie talem significat, *qvi ad clamorem nostrum, currit auxilii ferendi causa. Chaldæus* vocabulum *auxilii* exprimit per talem vocem, qvæ *congregationem* denotat, vel *societatem juvantem*

tem

tem, ut sensus sit: *DEus sese nobis agregat, vel associat, qvemadmodum socius socio, tempore, quo auxilio opus est.* Versum 2. *Chaldæus* ita transtulit: *Propterea non timuimus tempore illo, qvo Patres permutati (s. translati) sunt ex terrâ, qvando commoventur montes in pelagum maris magni.* Interpres *Syrus* non male illud נמצא מאד explicavit addendo: *omni tempore*, ut sensus: *DEus adjutorium nostrum existens omni tempore*: Ex *versionibus latinis* omnium accuratissime sensum exprimit B. *Seb. Schmidius*, qvi in *versione* sua ita: *Deus nobis refugium & robur, auxilium in angustiis inventus valde. Propterea non timebimus, cum mutabitur terra, & cum movebuntur montes in corde marium.* A qvibus non multum abludunt *Anglicana, Belgica & Gallica.*

IMPERATIVUS II.
INTELLIGERE STUDE.

§. 1.

INtelligere studemus textum (1) proprio Marte (2) ope aliorum, consulendo nimirum commentatores & interpretes.

§. 2. Proprio marte intelligere studemus, si regulas hermenevticas recte applicaverimus, & secundum easdem scopum, argumentum & sensum Spiritus S. ex

ex textu eruere conemur. Hinc regulæ illæ breviter ex Hermenevticâ S. sunt repetendæ. Consistit autem totum negotium in decenti *Analysi*, qvam nos salvâ aliorum divisione, hâc vice cum aliis *triplicem* facimus, nempe *Grammaticam*, *Logicam*, & *Rhetoricam*.

§. 3. Analysis *Grammatica* est *singularum vocum in textu occurrentium sedula & accurata evolutio*. Considerantur hic autem voces partim *in se*, partim *ratione accidentium grammaticorum*.

§. 4. In se considerantur voces vel *singulæ*, vel *conjunctæ*, qvales sunt integræ phrases.

§. 5. Circa *voces singulas* consideramus (1) *famosam significationem* (2) *latitudinem*, seu *variam acceptionem*. (3) *emphasin* & *pondus*. (4) *Synonymiam*.

§. 6. *Famosa* & recepta *vocis significatio* petenda est ex *Lexicis*, in qvibus qvamvis multa qvidem desiderentur, circa famosam tamen vocum significationem usum suum suppeditant. e. g. Si supra *Psalm 1, 1.* esset concionandum, præmissâ juxta Imperativum 1. lectione, jam singulas voces explico in *lexico* qvodam *Hebraico*, e. g. *Buxtorfii*, & qvidem (1) vocem אשרי sub radice אשר ibi reperio qvomodo plurale constructum significet *beatitates*. (2) האיש significi-

significat in lexico *Virum*. (3) אשר quando pronomen est, significat: *qvi*, *qvæ*, *quod*. (4) לא significat famose: *non* (5) הלך significat famose: *ambulavit* (6) בעצת ibi præfixum ב significat famose: *in*. עצה est â יעץ & famosa significatio est *consilium* (7) רשעים significat *impios*. Et sic in reliqvis vocibus. Eodem modo procedimus in *Græcis*, e.g. Si textus esset 1. *Cor. II.* 14. voces explicandæ essent in lexico qvodam græco, in qvô, (1) ψυχικὸς significat famose: *naturalis* (2) ἄνθρωπος: *Homo* (3) δέχεται habet significat. *capere* (4) πνεῦμα est: *Spiritus* &c. Qvi autem solis *lexicis* non vult esse contentus, eruere illam potest (1) ex locis Scripturæ, ubi vox indubitato sub illò significatu occurrit (2) ex harmoniâ aliarum lingvarum cognatarum (3) ex versionibus antiqvis & probatis, vocem constanter ita transferentibus. (4) ex testimoniis celebriorũ Rabbinorum in V. & Patrum aliorumqve Scriptorum Græcorum in N. T. vid. B. *Dn. D. August. Pfeiffer.* in Hermenevt. Sacr. c. 6. §. 2. p. 100. & *in Thesauro Hermenevt. p. 250. sqq.*

§. 7. *Latitudo* seu *varia vocis acceptio* cum optimam interdum Homiletæ meditationem suppeditet, non est negligenda. Consistit autem hoc negotium in eo, ut inqviratur, sub qvam variis significatibus hoc

vel

vel illud vocabulum occurrat. Non qvidem id volo, ut indiscriminatim omnes acceptiones vocum notentur, hæ enim in concionibus omnes non habent usum. Sed illas saltem desidero, qvæ commodam dicendi materiam præbent. E. g. vocabulum אלהים sumitur (1) de vero DEO *Gen. I. 1.* &c. (2) de falsis Diis *Exod. XXXII, 31.* &c. (3) de Angelis *Psalm. VIII, 6.* (4) de Magistratu *Ps. LXXXII, 1. 6.*

§. 8. Emphasis urgeri potest duplici modo: vel (1) ex ipso *proprio significandi modo*, qvi interdum in se jam maxime emphaticus est, e. gr. נום *Psalm. CXXI, 3* significat leviter saltem *dormire, dormitare*, s. *nictare*, ad differentiam ישן qvod est *moderate & naturaliter dormire*, item הזה qvod est: *somnolentus fuit*, & נרדם *graviter soporatus est.* Qvod germanice ita efferre solemus: Es gebraucht der Geist GOttes in seiner Sprache ein Wort/ welches eigentlich soviel heisset/ als nur ein wenig schlaffen/ schlummern/ dabey man denn alles höret ꝛc. Et ne sic qvidem dormit custos noster &c. Vel (II) *per qvandam αὐξησιν significationis receptæ, vel alludentis.* Et *sic Emphasis* vocum his modis erui poterit (1) si vox sit *derivata*, emphasis ejus sumatur â *radice.* Sic e gr. B. noster *Lutherus in c. 17. Genes. Tom. 9. Altenb. p. 410.* admodum eleganter urget emphasin vocis *Schaddai.* Sic & רשעים *impii, est* â radice רשע

qvæ significat formaliter turbidum, *inquietum* esse. Ut adeò impii sint, qvi in continuò sunt neqvitiæ motu, instar maris modo ab hoc, modo ab illo cupidinum vento acti in varia scelera, semperqve protrudentes vitiorum cœnum, ac proin nullâ gaudentes conscientiæ tranqvillitate. vid. *B. Geier. in Psalm. I*, 1. Item: אלהים *DEus* vel est ab *El*, *potens*, & sic significaretur magna DEI potentia, per qvam ubivis juvare potest, & sic dignus, cui confidamus. Vel ut alii volunt, est ab arabico: *alaha*, *reverenter coluit*. Et sic DEUS est, qvem summâ cum reverentiâ colere oportet &c. (2) Si vox sit *radix* ipsa, emphasis egregie interdum sumitur â *conjugatis*. Ex. gr. *Jes. LIII*, 4. habemus verbum נשא cujus conjugatum est משא *magnum onus*. Sic ergo Salvator portavit peccata nostra ceu onera, magnâ cum molestiâ, magno cum labore ac sudore. (3) ex *locis parallelis* Scripturæ S. qvi modus ope *Concordantiarum* fit, vel nudâ locorum illorum recensione, in qvibus hoc vel illud vocabulum aliis applicatur objectis emphatice. Vel etiam non sine elegantiâ deducitur hoc modo: (α) vocem *in fonte* occurrentem debes retinere, adeoqve seligere illa loca, in qvibus hæc ipsa vox occurrit, qvæ in *Concordantiis Lanckischianis* certâ qvâdam litera est notata, illa vero loca sunt prætermittenda, in qvibus alia vox, qvam qvæ in textu occurrit, habetur.

(β) nec

(β) nec promiscue omnia loca in qvibus vocabulum tuum, qvod in fonte habes occurrit, sine judicio sunt corradenda. Sed omnino maximo judicio hic est opus, ut seligas illa loca, qvæ talem tibi præbeant meditationem, qvæ cũ scopo Spir. S. in toto præsenti tuo dicto conveniat, qvæq; per alia Scripturæ S. dicta vel loca deinceps potest probari. (γ) fiat jam applicatio ad præsens tuum dictum, ita, ut meditationes tuas jam per nova loca biblica probes. Juvat hîc Emphasin interdum qvoq; investigatio versionis vocis â *Luthero* in aliis locis factæ. Auxilio hic sunt *concordantiæ Lanckischianæ minores*, uti *majores* circa priorem laborem. Legantur hic conciones methodice elaboraræ. Exempla elegantissima habet *Magnif. Dn. D. Seeligmann. in conc. funebr. in Obitum B. Carpzoviæ* ubi ad textum (qvi est *Jesa. XLI, 10.*) *p. m. 27.* ita: אמצתיך Ich stärcke dich. Das Wort stehet von der feste der Wolcken daroben *Prov. VIII, 28.* Es stehet von der Erqvickung der Strauchlenden / und Bekräfftigung der Bebenden Knie *Jes. XXXV, 3. Job. IV, 4.* von der Stärcke der Armen eines tugendsamen Weibes *Prov. XIII, 17.* Von der Stärckung des Königreichs Juda *2. Chron. XI, 17.* des Königs Davids *Ps. XXXIX. 11.* Schicket sich alles hieher. Der das Gewölbe des Himmels ohne Pfeiler also zugerichtet / daß es fest bleibet wie ein gegossener Spiegel

Job. XXXVII, 18. der manche Matte gelabet/ manche Könige/ und Königreiche groß und gewaltig gemacht. Der sieht sein Volck/ sieht die andern Gläubigen/ sah die Hochseeligste/ daß die Last je zuweilen zu schwer und sie darüber fast dem zustossenen Rohre nicht jungleich werden wolte *Jes. XLII, 3.* Dennoch muhtig/ spricht Er: אמצתיך ich habe dich gestärcket/ ich stärcke dich/ ich will dich stärcken. Et in Præxordio ex *Ezech. XXIV, 16.* emphasin vocis: Augen-Lust *p. 3.* ita urget: Was lieblich anzusehen heisset: מחמד עין *Thren. II, 4.* Anderswo bedeutet solch Wort allerley köstliches Geräht damit man ein Hauß ziehret *1. Reg. XX, 6.* Zuweilen übersetzet es der Sehl. Vater Lutherus durch schöne Kleinodien *Thren. I, 10. II. Joel. III, 5.* Merckt ihrs/ welch ein liebes Theil Ezechiel an seinem Weibe gehabt. Sie wahr der beste Schmuck/ das edleste Kleinoth seines Hauses/ weit edler als die köstlich sie Perlen Prov. XXXI. 10. Ihre Gottseeligkeit/ ihre Ehrerbietung und Freundlichkeit/ ihr kluger Verstand/ ihr keuscher und eingezogener Wandel nebst der angenehmen Gestalt machten/ daß er sie niemals sonder Vergnügung anzuschauen vermochte. Das wil der süsse Nahme מחמד עיניך Sie ist die Lust deiner Augen. Sic & si vellem urgere emphasin vocis mûde *Jerem. XXXI. 25.* (α) retineo vocem in fonte occurrentem qvæ est עין qvæ vox in *Concordantiis Lanckischianis* notatur literâ

terâ β. Qvæ litera jam in qværendis locis parallelis debet retineri, non attentis aliis. (β) Seligo jam loca, qvæ meditationē dant, qvalia potissimum sunt tria illa *Gen. XXV. 29. 30. Judic. VIII. 4. 5. 2. Sam. XVI. 14.* Jam (γ) applicatio sic fieri potest: Wer von Kräfften abgemattet ist/ heist müde. Es gebrauchts der Geist GOttes von einer solchen Mattigkeit/ da einer gleichsam wie eine matte Fliege dahin fällt. So stehts von Esau/ der so müde vom Felde kam daß er schier sterben wolte/ und darüber seine Erstgeburth/ ja alles vergaß Gen. XXV. 29. 30. Anderwerts lesen wirs von denen/ die sich müde gekämpffet und gestritten/ und einer Erqvickung höchst benöhtiget sind/ so finde ichs von den müden Soldaten des Gideons *Judic. VIII. 4. 5.* Auch wirds gebraucht von denen auff ihrer Flucht ermüdeten/ wie also ein David müde war mit allem Volck/ das bey ihm war/ als Er für Absalon floh *2. Sam. XVI. 14.* Merckt ihrs meine Lieben/ mit was für müden Seelen der Geist GOttes zu thun habe? Ach sie sind so müde/ daß sie dahin fallen/ schier sterben wollen. Da liegen sie mit Elia entkräfftet/ es heisset: Es ist genug so nimm nun GOTT meine Seele/ *1. Reg. XIX. 4.* Müde/ die sich müde gekämpffet. Muß nicht der Mensch imer im Streit seyn *Job. VII. 1.* und wo bleibt da die Krafft? ach sie verlässet offt daß uns das Hertze bebet Psalm. XXXVIII. 11. Müde von der Flucht durch diß Trähnen-Thal

für so vielen Feinden / ach da so wenig und böse die Zeit unserer Flucht / die Zeit unserer Walfahrt wie sie müssen mit Jacob klagen Gen. XLVII. 9. Ich bin des Lebens satt / von vielen Aengsten matt / auff Erden wird mir bange / ach JEsu wie so lange / ach nimm mich aus der Welt / ins güldne Himmels-Zelt. ꝛc. diß wil das Wort müde: Ich wil die müden Seelen erqvicken. (4) Emphases interdum qvoqve eruuntur ex *ritibus Judæorum*, aliarumqve *gentium*, vel etiam *historiis*, ad qvas. hac vel illa voce alluditur. Sic e.g. *Gen. XV. 17.* egregia latet emphasis desumenda â *ritu pangentium fœdera*, de qvo vid. *B. Dn. D. Pfeiffer in Antiqvitat. Ebraic. Select. c. 26. §. 2. p. m. 205. sqq.* Sic se se demisit Benignissimum Numen, etsi veritas ipsa, in majorem tamen confirmationem, promissionem suam tam solemni Sacramento firmare voluit. conf. istiusmodi exempla plura alia ap. *Pfeiffer. l. c.* & in Celeberrimi Theologi Kilonienſis *Dn. Dassovii Disp. de Emphasi Sacrar. vocum ex Vet. Hist. Hebr. repetenda.* (5) Ab evolutione similis interdum in voce latentis. e.g. *Gal. VI. 1.* in voce καταρτίζειν egregium latet simile ex arte medicâ desumtum, occurrit scilicet vocabulum de luxatorum membrorum justâ in locum suum repositione. Vult ergo Apostolus, lapsos per imprudentiam & animi impotentiam rursus erigi, & tanqvam membra luxata restitui patienter & mansvete.

§. 9. *Synonymia vocis* sensum interdum etiam egregie facilitat. Hinc si lucem afferat, non omittenda. Et hæc qvodammodo beneficio *Concordantiarum Lanckischianarum*, tam *majorum*, qvam *minorum* investigatur. Maximè vero per sedulam Scripturæ lectionem & collationem comparatur. Sic e. g. *Hos. II, 19.* explicari potest ex aliis *unionis mysticæ* synonymis, qvalia sunt occurrentia *Joh. XIV, 23. Eph. III, 17. cap. II, 22. c. I, 22. sq. c. V, 24. sq. Joh. XV, 4. sq.*

§. 10. Per *voces singulas* autem intelliguntur non solum *Categorematica*; sed etiam *syncategorematica*, ut sunt *pronomina*, *præfixa*, *suffixa*, *adverbia*, & particulæ qvævis aliæ, â qvibus interdum totus pendet sensus, qvæqve egregias sæpe meditationes suppeditant. Legi hic poterit *Glassius in Philolog. l. 4. tr. 5. — 8. l. 3. tr. 2. & l. 5. tr. 1. Adde Noldii Concord particul.* e. g. *Psalm. III, 6.* ex אני & *Vav* seqvens Filiut meditatio: Ich spricht David. Ach liebster David, wo wahrestu? In der höchsten Unruhe/ in der grössesten Angst/ in der hartesten Verfolgung. Absolon lässet sich krönen zum Haubt/ das Hertze/ jedermanns folget ihm nach/ David hergegen muß fliehen/ daß er entrinne der Verfolgung seines eignen Sohnes/ er gehet mit Trähnen/und unter Trähnen des Volcks traurig und betrübt über den Bach Kidron/ und siehe eben dieser so höchst verfolgte/und unruhige Da-

vid kan sich dennoch zur Ruhe begeben/ und sprechen: Ich! Seine Feinde können nicht ruhen. Absolon der Sohn/ der von seinen Lenden gekommen/ kunte nicht stille liegen/ sondern machte sich immer zu auff/ zog bald in die Stadt Jerusalem ein/ den Vater außzutreiben/ bald wieder auß/ ihm zu erhaschen 2. Sam. XV, 1. seqq. Ahitophel der kluge Staats-Mañ kunte auch nicht ruhen/ sondern gab Anschläge/ wie man dem David beykommen müsse/ er wolte sich mit zwölff tausend Mann auffmachen/ und ihm nachjagen bey der Nacht 2. Sam. XVII, 1. Simei kunte nicht schlaffen/ sondern ging bey Bahurim herauß und fluchte/ und warff mit Steinen auff David 2. Sam. XVI, 5. 6. Allein so unruhig die Feinde David/ so ruhig Er: ich liege spricht Er: Ja was noch mehr? David kan sich bey dieser Unruhe nicht nur zur Ruhe legen/ Er kan auch gantz sanffte schlaffen: Ich liege und schlaffe. Ach wie viele liegen zwar auff ihrē Betten/ können aber doch nicht schlaffen? Hiob liegt auff seinen Bette/ muß aber derer elenden Nächte viele zehlen c. VII. 3. daß er nicht kan schlaffen/ und ob Er gleich schläfft/ kan er dennoch nicht ruhig schlaffen/ sondern wenn Er meinet/ sein Bette solt ihn trösten/ sein Lager sols ihm leichter machen/ siehe so erschrecken ihn Träume/ und wird ihm grauen v. 13. 14. Hiskias kan auch zwar wohl auff seinen Bette liegen/ aber wie muß er winseln/ wie ein Kranich

und

und Schwalbe Jes. XXXVIII, 14. Allein David liegt allhie / vergisset aller seiner Angst / Er schläfft gar sanfft. Ja vollenkommen glückseeliger David! du kanst dich nicht nur zu Bette legen / nicht nur sanffte schlaffen. Du kanst auch frölich wieder erwachen. Ich liege und schlaffe und erwache. O grosse Wolthat! wie viele legen sich nieder / schlaffen auch wohl gantz sanffte / erwachen aber nimmer in diesem Leben. Sissera legte sich nieder / und schlieff / ist aber nicht erwachet. Holofernes legte sich nieder / und schlieff auch gantz sanfft; soll aber noch erwachen. David aber liegt nicht nur / Er schläfft auch / kan auch dabey wieder erwachen. Ich liege / und schlaffe / und erwache.

§. 11. *Vocum conjunctarum* seu integrarum *phrasium* natura non melius ferme addiscitur, qvam si diligenter volvamus fontes ut genio tam Hebraicæ, qvam Græcæ lingvæ assvefiamus, præmissis fundamentis grammaticis. Aliàs Hermenevtæ has qvoqve de iisdem solent tradere regulas: (1) ut voces singulæ probe pensitentur. Sic *Psalm. XXV*, 1. in Phrasi *levare animam* emphasis ex singulis vocibus elucet. Nam (1) *anima* hic spectatur cum omnibus suis facultatibus. (2) *levare* est, qvemadmodum manus levat, sive qvemadmodum sic & sacrificia dicebantur levari. Vult ergo David animam suam qvasi in sacrificium levare, qvod fit per devotas

preces, piaqve desideria. Hinc recte *Lutherus*: Nach dir HErr verlanget mich. (2) ut conferantur phrases vel similes, vel oppositæ. Sic 1. *Cor. XII*, 3. Phrasis *JEsum anathema dicere*, non melius explicatur qvam ex oppositâ: *JEsum Dominum vocare*. Qvemadmodum ergo *hæc* innuit veram in Christum fidem fideiqve in publicâ confessione attestationem, qvod in nullo alio salus sit, qvam in nomine JEsu. Sic contra *illa phrasis* denotat fiduciam salutis suæ non in Christo; sed in aliis rebus collocare. Sic enim doctrina Christi vel tota, vel præcipuum ejus caput damnatur, ac blasphematur. Vid. *B. Georg. Weinrich. in Comment. in b. l. Tom.* 2. *p. m.* 195. *sq.* sic & oppositæ phrases: *ambulare secundum carnem, ambulare secundum spiritum*: item: *exuere veterem hominem, induere novum*, se invicem explicant. Adminicula hic præstant *Flacii clavis*, *Ravanelli Bibliothec.* ut & *Zebneri Adagia* & *Drusii proverbia*, Ejusdemqve *Adagia Hebraica*, qvæ habentur qvoqve in *Tomis Criticis Tom. 6. edit. Francof.*

§. 12. *Accidentia Grammatica* respiciunt positum grammaticum. Hic attendenda veniunt (1) *genus*, sic Psalm. LXVIII, 12. Evangelizatricum fit mentio in genere feminino. Qvod non male explicatur ex hoc more, qvo Virorum fuit vincere, feminarū victorias canere Exod. 15. v. 20. Judic. 5. v. 11. 2. Sam.

2. Sam. 18. v. 6. 7. &c. Sic Christus vicit, viri Θεόπνευστι in scriptis suis victoriam canunt. conf. *Glass. Grammat. Sacr. l. 3. tr. 1. canon. 21. p. m. 435.* (2) *numerus.* Sic B. Lutherus in Genes. XVII. Tom. 9. Altenb. p. 418. hoc habet exemplū: Daß aber (THAM) d.i. vollkomen / from und unwandelbahr die pluraliter gesetzet ist / geschiehet auch nicht vergeblich. Denn ein Hauß-Vater und ein jeder / der in einem Amte sitzet / ist nicht allein für seine Person schüldig / daß er nichts sündige / und sträfflichs thue / sondern auch für die / über welche er gesetzet ist. So wil der H. Paulus daß ein Bischoff soll seyn (THAMIM) das ist / der nicht allein für seine Person / eines unsträfflichen Lebens sey / sondern auch die Seinen mit ernster Zucht dahin halte / daß auch sie nichts thun / das ihnen nicht gebühret / noch wol anstehet ꝛc. Also soll ein jeder Regent auch seyn THAMIM, das ist fromm / nicht in einem Gebothe GOttes / sondern in allen etc. Pari modo consideretur (3) *tempus*, (4) *conjugatio*, &c. in qvibus optima sæpius latet elegantia. Spectant huc qvoq; (5) *speciales qvædam constructiones*, variiqve *idiotismi* lingvæ, ut: *moriendo morieris, gaudendo gaudeo* &c. Exempla vide in *Carpzovii* Leichen-Spr. *Tom. 1. p. 298. Tom. 3. p 223. T. 4. p. 380* &c. & de qvibus *Glassius in Philol.* suo loco. Referas & huc (6) *notas Masorethicas*, qvæ interdum non incommodam dicendi materiā præbent. Exemplum habet *B. Dn. D. Carpzov.*

zov. in denen Leichen-Spr. *Tom. 4. p. m. 266. sqq. ubi ad Psalm. XXXVII. 4.* ita: deß Weg wird bestehen. Da denn die zween Zirckel/ welche bey denen beyden Hebräischen Worten Jachin darco stehen/ andeuten/ daß auch hier bey einem jedweden was bedenckliches vorfalle/ welches die Masorethen mit allem Fleiß angemercket/ und deßwegen einjedes mit diesem Zirckel bezeichnet/ daß wirs nicht so schlechthin vorbey gehen; sondern am Rande des Hebräischen Textes nach sehen sollen/ was sie daselbst auffgezeichnet. Beym verbo Jachin observiren sie/ daß in etlichen alten geschriebenen Exemplarien dafür Jabhin gestanden/ als ob die Meinung sey/ es verstehe ein Frommer seinen Weg/ und wisse was er fürhabe/ und wie er seinen Gang richten solle. Beym Nomine Darco observiren sie/ daß in der Schrifft der Buchstabe Jod darinnen stehe/ gleich als ob es der pluralis sey/ und demnach die puncte also darunter zu setzen derachaju d. i. seine Wege/ da es doch vermöge der exprimirten puncten darco zu lesen/ und das Jod gantz zu übergehen ist. Nun suchet zwar aus dieser Masoretischen Anmerckung der berühmte Schrifft-Grübler Lud. Capellus (lib. 3. Crit. S. f. 105.) seinen Vortheil/ und vermeinet auch darinnen dergleichen varias lectiones gefunden zu haben/ womit er die Verfälschung des Hebräischen Textes erweisen könne. Wir aber kehrens vielmehr umb/ und schliessen aus

solcher

solcher fleißigen Anmerckung daß die Schrifft nicht verfälschet sey. Ist gleich in Abschrifft eines und des andern Exemplars von dem Copisten geirret / der leicht vor dem Buchstaben ב ein כ schreiben können / oder auch ein Jod besonders / wenn er ohne puncten geschrieben / mögen in dem andern Wort mit einbringen. So folget die Verfälschung der gantzen H. Hebräischen Schrifft noch nicht daraus / dieweil wir ja nebenst dem Verschreiben des Abschreibers die rechte Schrifft / die GOtt der H. Geist den H. Männern in die Feder dictiret, behalten und darbey haben. Sprichstu: wie weiß ich aber / welches die rechte Schrifft / und welches das Verschriebene ist? sintemahl die Masorethen selbst gezweiffelt / und deßwegen beydes hergesetzet haben / eines im Text / das andere am Rande? So scrupulirest du nur vergebens und könntest dessen wohl überhoben seyn / weil dem Verstande zu beyden Seiten nichts abgehet die LXX. Dolmetscher haben im Griechischen der am Rande stehende Lection gefolget: Er verstehet seine Wege. welches auch in der Arabischen Biebel behalten worden. Der Chaldäische Targum aber bleibet bey dem / was im Texte stehet / und giebts: Er ordnet seine Wege. Welches dem Syrischen Außleger zu behalten beliebet. Und dabey bleiben wir auch zwar billig / finden aber in der Sachen selbst eine schöne Harmonie mit dem ersten. Denn es verstehet ein Frommer

mer seine Wege also / daß er sie ordne / und wohleinrichte / und also ordnet und richtet er sie ein / wie er sie verstehet / und soll demnach eins das andere erklähren / daß wie von David stehet: Er zog aus wohin ihn Saul sandte / und hielte sich klüglich 1. *Sam. XIIX. 5.* imgleichen von Hiskia: Der HERR wahr mit ihm und wo er außzog handelte er klüglich. 2. *Reg. XIIX. 7.* also auch allhier eine weißliche und klügliche Einrichtung und Anordnung der Wege verstanden werde / in dem ein Frommer nicht thum hin es mit seinem Thun waget / es auch nicht auff seine eigene Geschicklichkeit ankommen lässet / sondern thut alles nach der vorgeschriebenen Regel des Göttlichen Worts. Denn er weiß / daß des Menschen Thun stehet nicht in seiner Gewalt ꝛc. *Jerem. X. 23.* Gleicher Gestalt lieget hier nichts daran / ob ich in singulari sage darco, und rede von vielen als von einem Wege collective, wie gebräuchlich / anzuzeigen daß ein jedweder Weg unter allen von denen Frommen wohl in acht genommen werde / oder in plurali derachav, und exprimire damit die Vielheit der Wege / die ein Mensch in diesem Leben zu gehen hat. Ja es gibt diese Schrifft / da es nach den Buchstaben der pluralis und nach den puncten der singularis ist / gar seine Meditationes, und Andacht / daß man bedencke / wie ein Mensch nur einen einzigen schmahlen Weg habe / der zum ewigen Leben führet

Matth.

Matth. VII. 14. gleichwohl sonst in seinem Beruff und gemeinen Leben viel Wege zu gehen hat/deren keinen ein frommer unbedachtsahm überhin lauffet/ sondern alle und jede behutsahm / und klüglich einrichtet/ damit Er nicht von dem einzigen Weg zum Leben auff dem breiten Weg zur Verdammnüß abgeführet werde: Womit denn alle difficultät des Hebräisches Textes auffgehoben ist etc. Simile exemplum habet, Tom. 2. conc. 10. p. m. 475. Item etiam (7) *Accentuum* ratio est habenda, qvi & sensum & elegantissimas meditationes sæpissime dant. conf. exemplum jam præcedente Imperativo §. 10. datum. Sic & B. Dn. D. Carpzov. in Concion. Funebr. Tom. 2. p. 230. ad locum Gen. XXII, 14. ita: *Accentuatio arguit יְהוָה Jehovah cum Behar non cum Jeraeh conjectendum, reddendumqve in casu obliqvo: in monte Domini videbitur, non in recto: in monte Dominus videbitur. Sic enim Merca nomini Behar inscriptus ostendit, illud consequente nomine Jehovah constituere regimen & Tiphcha, qvo nomen Jehovah notatum est illud à sequente verbo distingvit.* Item exemplum etiam habes ibidem p. 551.

§. 13. Et sic considerantur voces *singulæ extra* dicti tui *contextum*, jam ulterius qvoq; considerandæ sunt *intra contextum*, ita ut sensus Spiritus S. ponatur. Prosunt hic sequentes regulæ: (1) famosiorem vocis cujuslibet significatum retine, qvi scilicet

cum

cum antecedentibus & consequentibus adeoque cum integro scopo textus conveniat, nec reliqvis Scripturæ S. locis vel analogiæ fidei & morum contradicat. Sic e. g. repete exempla jam § 6. data: Vocabulum: *Aschre Psalm. I.* 1. occurrens si explico in lexico, reperio, significare *beatitates*. Est hæc significatio extra contextum. Jam inspicio ipsum meum textum, judicans an significatio hæc etiam locum habere qveat in præsenti loco, & cum datæ regulæ non repugnet, famosum hunc significatum retineo. Et sic in reliqvis vocibus, ac textibus. Qvod si vero necessitas te urgeat, ut *literam* deseras, tum locum communiter habet *sensus figuratus*. Est vero litera deserenda (α) ubi aperta absurditas ex literâ seqvitur reiqve evidentia tropum ostendit, de qva evidentia verò non ex ratione, sed potissimum ex συναφείᾳ textus est judicandum. Sic e. g. qvando *Herodes* vocatur *vulpes*, non intelligi *animal qvadrupes*, circumstantiæ textus docent. Item *1. Cor. III, 13.* non agi de *igne proprio* s. *purgatorio*, patet, qvia cetera omnia præsertim *pabulum ignis* sunt metaphorica &c. (β) qvando locus aliqvis parallelus clarior obstat; isqve *verè* ac *indubitato* homogenus & parallelus. Sic *Luc. XI, 20. digitus DEI* est Spiritus S. ob locum *Matth. XII. 16.* Ita DEUM non instigasse Davidem

physice

physice 2. *Sam. XXIV.* 1. probatur ex 1. *Chron. XXII*, 1. Ut adeo ira DEI admiserit instigationem Satanæ *pœnaliter*. Vid. *B. Dn. D. Pfeiffer in Thesaur. Hermenevt. p. m.* 156. (y) Qvando *analogia* vel *fidei* vel *morum* obstat. Sic analogiæ fidei convenit, DEum non esse causam peccati *Ps. V*, 5. Itaqve si qvæ loca contrarium asserere videantur, ut 2. *Sam. XXIV*, 1. ea secundum analogiam fidei ita sunt declaranda, ut id maneat inconcussum, *DEum non esse causam peccati.* vid. *Pfeiffer. l. c. p.* 157. Sic & locus ille *Matth. XVIII*, 8. 9. non potest ad literam exponi, ob *analogiam morum*, nempe ob *qvintum Præceptum*: *Non occides.* Circa *sensum figuratum* ipsum ita procedendum, ut tertium comparationis â Spiritu S. intentum sensusqve qværatur, & investigetur. E. G. Qvando *Herodes* vocatur *vulpes* tertium comparationis est *astutia* Sic *Magnif. Dn. D. Jo. Frid. Mayer Supr. Jes. I.* 16. waschet Euch/ in *Museo part.* 2. ✱ *p. m.* 111. ita: Es vergleichet der Heilige Geist eure Sünden einem schändlichen Unflaht Jes. IV, 4. abscheulichen/ beßlichen/ geronnen Bluhte/ von welchen man sich waschen/ und reinigen müsse. Dergleichen Redens-Ahrt Er auch brauchet Ezech. XVI, 4. 6. und andern Ohrten mehr/ und will so viel sagen: Ihr Sünder sehet in Gottes Augen gantz unflätig/ beßlich über und über mit schändlichen Bluhte beschmieret auß. Darumb Rachazu waschet Euch etc. Sic qvando

vita æterna dicitur *corona*, tertium comparationis qværendum est. (2) Voci cuilibet emphasin tantam tribue, qvantam sustinere unqvam potest: Præsumitur enim Spiritus S. sum̃â cum Emphasi locutus fuisse. Repete hic exempla jam §. 8. data. (3) significationes hûc non spectantes per remotionem rejice, contra vero spectantem hûc per positionem commodam indica. Sic e.g. Si *Psalm. XLVI. 2.* latitudo vocis אלהים urgenda, h. m. fieri posset. Das Wort das allhie David gebraucht/ stehet auch sonst wol von falschen Göttern / als Exod. XXXII, 31. auch stehets von den Engeln Ps. VIII. 5. Noch finden wirs gebraucht von der Obrigkeit Ps. LXXXII. 1. 6. Allein so verstehet David von allen diesen niemandt. Nicht die falschen Götter/ die Silber und Gold und von Menschen Händen gemachet sind / denn die haben zwar Mäuler / aber sie reden nicht / Augen / aber sie sehen nicht etc. Psalm. CXXXV, 15. sqq. So verstehet Er auch nicht die H. Engel/ als welche selbst es nicht verlangen / daß wir unser Vertrauen auff sie setzen sollen Apoc. XIX, 20. Cap. XXII, 9. So auch ist Davids Andacht nicht gerichtet auff hohe Obrigkeiten. Ach die sind Menschen und können nicht helffen Psalm. XLVI, 3. conf. & Psalm. CXVIII, 8. 9. Sondern es verstehet David allhier vielmehr den wahren lebendigen GOtt / der sonst mit dem höchstem Recht diesen Nahmen in göttlicher Schrifft führet etc. Qvæ

regulæ

regulæ omnes cum judicio sunt applicandæ, & qvidem ubi locum habent. Sic enim non ubivis valent, e. gr. in textibus historicis, ut & in parabolis, in qvibus non tam ad verba ceu cortices, qvam ad scopum ceu nucleum attendimus.

§. 14. Absolutâ *Analysi Grammaticæ*, pergimus ad *Analysin Logicam*, qvæ est propositionis principalis, seu thematis textus, ejusqve deductionis evolutio. Duo ergo ejus sunt munia: (1) inqvirit in *propositionem principalem*, seu *thema* textus (2) propositionis seu thematis hujus *deductionem*, seu *argumenta* eruit.

§. 15. Circa *inqvisitionem propositionis principalis*, seu *thematis*, instituimus duas qvæstiones, qvarum prima hæc est: *qvâ de re agitur in textu?* Hoc ut pateſcat hic observandus est canon. *Ad qvem conceptum communem reliqva omnia, qvæ in textu habentur, referri possunt vel ut circumstantia, vel ut argumentum probans vel amplificans, &c. id objectum ejus est primarium.* Qvod si vero id fieri neqveat, indicium est plures propositiones primarias unâ, pluraqve objecta seu themata unô, in textu esse. Seligas ergo tot objecta qvot habes. Secunda qvæstio hæc esto: *qvomodo hâc de re agitur in textu?* spectant huc *qvinqve* illa *genera: Didascalicum, Elenchticum, Pædeuticum, Epanorthoticum & Consolatorium.* Qvæ ob

auctoritatem Spiritus S. merito retinemus. Habent autem qvinqve hæc genera suas *species dicendi rationes*, seu *species*, qvarum tres cuilibet generi assignat *B. Rivinus in Hodegetici Carpzov. uberior. Explanat. p. 17. sq. b. m.*

Generis Didascalici species sunt (1) *Narratio*, Eine Erzehlung / Bericht / Abriß etc. Qvales in plerisqve *pericopis Evangelicis* occurrunt. (2) *assertio* Ein Außspruch / Unterricht / Beweiß / eine Lehre / Bekräfftigung etc. *Gal. IV, 4. 5. Joh. III, 16.* sumto termino paulo strictius, ut reliqvis speciebus contradistingvatur. Complectitur autem etiam sub se *descriptiones, dogmaticas* scl. Beschreibungen *Ebr. XI, 1.* cum istæ asserant, qvid res descripta sit: item *doxologias* qvasdam, & *laudes* das Lob / Ruhm / Preisung / Danckſagung / si *nudè* duntaxat describantur, e. gr. Matth. VI, 13. Eph. I, 3. Psalm. CXI, 1. sqq. Aliàs enim ad genus pædevticum spectant, & si *optative* capiantur, ad precationem; si vero *paranetice* sumantur, ut alios excitent, ad adhortationem. (3) *prædictio & vaticinium*, Eine Weiſſagung / Verkündigung / Prophecеyung / Verheiſſung / nimirum si nude adsit, ut *Num. XXIV, 17. Dan. IX, 24. sqq.* Si enim vel ad informationem morũ, vel correctionem, vel erectionem afflictorum vergat, ad Genus Pædevticum, Epanorthoticum, vel consolatorium spectat.

Generis Elenchtici hæ sunt species: (1) *refutatio*

tatio. Eine Wiederlegung/ Verwerffung/ Wiedersprechung etc. *Matth. V, 17. 18.* &c. (2) *disceptatio* & *defensio:* der Streit/ die Streitfrage/ die Vertheidigung / Behaubtung / Schutz-Rede etc. *Matth. XXII, 41. sqq. Luc. XV, 4. sqq.* &c. (3) *erroris exprobatio.* Des Irrthums Vorhaltung/ Verweiß / Vorwerffung / Beschuldigung etc. *Matth. XXII, 29. sq. Cap. V, 43. Gal. III, 1.*

Generis Paedevtici: (1) *adhortatio.* Pertinent huc præcepta, svasiones & consilia. Eine Anmahnung/ Anreitzung/ Auffmunterung / der Befehl / der Raht / Vorschlag etc. *Phil. III, 17. Jesa. II, 3. Dan. IV, 24.* &c. (2) *commendatio*, virtutis scilicet ut exerceatur. Eine Recommendation, Anbefehlung etc. *1. Tim IV, 8. Psalm. CXXVII, 1. 2.* (3) *precatio*, qvâ qvasi DEUM adhortamur ad exercendam beneficentiam. Ein Gebeht / die Bitte / Vorbitte / der Wunsch etc. *Psalm. CXLIII, 1. 2. Luc. XXIII, 34.*

Generis Epanorthotici species hæ sunt: (1) *dehortatio.* Eine Abmahnung / Abhaltung / Warnung / Wiederrahtung / das Verboht etc. *Luc. XXI, 34. Rom. XII, 9.* (2) *vitii exprobratio.* Des Lasters Vorwerffung/ Vorhaltung/ Verweiß / Auffrückung etc. *1. Cor. V, 1. Jesa. V, 1. sqq.* (3) *comminatio & imprecatio.* Eine Dräuung/ Bedrohung / Straff-Ankündigung / Verfluchung/ Verwünschung/ *Jes. XXIV, 1. sqq. c. XXXIII, 1. Jer. XX, 14. sq.* &c.

Genus Consolatorium has habet species: (1)

conqveſtionem. Eine Klage/das Seufftzen/Wehklagen/Winſeln/Angſt-Geſchrey etc. *Thren. I, 12. ſq. Jeſa. XLIX. 14. Pſalm. XIII, 2. 3.* &c. (2) *conſolationem*, qvando vel nos ipſos ſolamur, vel ab aliis ſolatium accipimus. Der Troſt/Labſahl/tröſtlicher Zuſpruch/die Auffrichtung/Erqvickung *Pſ. XLII. 12. Pſ. LXXIII, 1. ſqq. Jeſ. XLI, 10* (3) *Auxilii promiſſionem*, vel *præſtationem*. Der Hülffe Verſprechung/Zuſagung/Hülffreiche Erweiſung/Errettung/Befreyung/Erlöſung/ein Exempel erwieſener Hülffe etc. *Pſalm. XCI, 14. ſq Jeſa. XLIII, 1. ſqq. C. XXXVIII, 17. 2. Cor. I, 5. 10.* &c. conf. & *Werner. in Præceptis Homil. part. I. c. 2.*

Per has regulas deveniemus ad ſcopum dicti *ſpecialem*, qvi deinceps *generali*, qvi per univerſum librum Biblicum vagatur, ſubordinandus eſt. Applicatio regularum harum fiat h. m. (1) totum tuum textum ſumâ cum attentione ſæpius legas & perlegas donec omnia ferme verba habeas in memoriâ. (2) juxta datas regulas communem aliqvem conceptum, de qvo nimirum textus tuus agere tibi videtur, extrahas. Jam (3) de novo ſingulos textus verſiculos, ſingulasqve propoſitiones cum hoc cõmuni tuo conceptu conferas, & ſi omnia ad conceptum tuum communem formatum referri qveant, vel ut *circumſtantia* qvædam, vel ut *argumentum* aliqvod *probans*, ex ſuo ſcilicet genere,

de

de qvo vid. §. 20. vel ut *amplificatio* qvædam ex ſuis locis, de qvibus §. 21. tum omnino *adæqvatus* eſt. Qvod ſi vero hâc ratione non omnia accommodare ſeſe velint, indicium id eſt, vel verum adæqvatum conceptum ſeu thema te non habere, & tum alium debes qværere: vel etiam plures uno conceptus communes primarios in textu adeſſe. Juvat hîc etiam maxime *particulas* illas, e. g. *conjunctiones concluſivas*: Derhalben / derwegen / darumb / nun etc. *cauſales*: Denn / weil / ſintemahl etc. *copulativas* und / auch / dazu etc. attendere, qvippe qvarum natura eſt indicare *Scopum* ac *intentionem* dicentis & *ſcribentis*. Sic e. g. ſi textus eſſet *Evangelium Dominic. I Adventus*, qværerem. (1) *Qvâ de re* agitur in hoc textu? Reſp. *de Adventu Chriſti in Jeruſalem*. Cum hoc conceptu ſi jam conferam ſingulos totius Evangelii verſiculos, reperio huc ceu ad ſcopum concurrere omnia. Hoc indicium, habere me thema principale: Hinc qværo (2) *qvomodo* jam hâc de re agitur? Reſp. *Didaſtalice*, *Matthæus* enim *narrat*, qvæ narratio *Generis didaſtalici* ſpecies eſt. Eadem ratione & totius libri Biblici ſcopus & connexio poteſt inveſtigari. vid. B. Sandhagen in *Dedicat.* qvam præmiſit *B. Seb. Schmid.* Kurtzen Erklährung über den Prediger Salomo &c. Cui ſcopo deinceps ſcopum cujuslibet dicti vel pericopæ ſubordinare jam facilli-

cillimum erit. Qvem in finem commendamus omnino istiusmodi Collegia Biblica, qvæ œconomiam librorum Biblicorum docent, item istiusmodi libros ejus gratiâ scriptos.

§. 16. Et id adhuc observandum, posse textum interdum ad varia genera referri, idqve (I) *pro diverso respectu*. Et qvidem (1) respectu *subjecti* textum proponentis, qvod (α) *loqvens* est vel *scribens*. *Hujus* scopus dicitur primarius, & communiter retinetur. *Illius* scopus dicitur secundarius, & alteri subordinatur. Sic Joh. XVI. 16. sqq. respectu Christi *loqventis* est generis consolatorii; respectu vero Johannis *Scribentis* est didascalici, *narrat* enim (β) respectu *scribentis* textus iterum considerari potest vel *intra*, vel *extra contextum*, & sic iterum ad diversa sæpe genera potest referri. e. gr. *1. Cor. VI, 19.* extra contextum est *generis didascalici*, exhibens *assertionem*; ast intra contextum est *generis epanorthotici* &c. Sed tum si dictum tuum *intra contextum* explices, omnino & illud genus retinendum est, qvod intra contextum habet. Qvod si vero *extra contextum* explicetur, & qvoqve prælegatur, retineri potest in propositionis elocutione illud genus qvod extra contextum habet. In *elaboratione* tamen verum genus ostendendum est. (2) *respectu objecti diversi*, ad qvod eadem

textus

textus verba referri poteruut, ubi penes interpretem qvodcunqve genus retinere velit. Sic *Gen. III. 15.* respectu Protoplastorum *solatio*, respectu Satanæ *comminatio* est. (3) respectu *textus ipsius*, prout vel elocutio vel sensus attenditur. Sic *Jes. IX. 6.* elocutione est assertio, sensu prædictio consolatoria. Hic autem scopus Spiritus S. retinendus est. (II) *ratione distinctarum partium* suarum, ut una particula textus ad genus didascalicum, altera ad pædevtitum, altera ad aliud referatur. Sic e. g. Salvator in Evangel. *Dominic. II. Advent. Luc. XXI, 25. seqq.* (1) diem extremum prædicit, & qvoad hanc partem Evangelium est in genere *didascalico.* (2) contra terrorem solatur. Et qvoad hanc partem est in genere *Consolatorio* (3) â securitate dehortatur & ad vigilantiam adhortatur. Qvoad qvam partem est in Genere *Epanorthotico-pædevtico.* Imo & id interdum accidit, ut in generibus & species varient. Qvæ omnia sedulo sunt attendenda, & in textu notanda, ut genera diversa, & species diversæ seligantur, qvemadmodum in textu occurrunt, non habito semper respectu ad verborum ordinem. Qvod si & per accidens interdum alia inspergantur genera ea ad prædominans genus sunt referenda. conf. *Rivin l. c. p. 23. seqq. & Werner in præcept. Homil. p. 50. seqq.*

§. 17. Qvando jam de *propositione principali* & *objecto* textus *primario*, seu *themate* certus es, ulterius *de thematis deductione*, seu *argumentis*, sollicitus esse debes. Educuntur vero ex textu argumenta vel *formaliter*, vel *per bonam consequentiam*.

§. 18. Argumenta qvæ *formaliter* in textu adsunt, solent distingvi in *explicantia*, *probantia*, & *amplificantia*.

§. 19. *Argumenta explicantia* delineant rem secundum suas circumstantias, qvales sunt: *Qvis? qvid? ubi? qvibus auxiliis? cur? qvomodo? qvando?* vel plenius: (1) subjectum agens, vel patiens, si passio prædicetur de subjecto. (2) Objectum reale & Personale. (3) actus. (4) modus (5) medium agendi, (6) finis. (7) locus. (8) tempus (9) Antecedens vel occasio (10) Eventus vel consequens. Qvæ circumstantiæ optime interdū textum dividunt, & distingvuntur in *majores*, qvæ alias adhuc circumstantias in textu sub se habent: & *minores*, qvæ non amplius tot multas sub se habent. E.g. Evang. *Dom. 7. post Trinit. Marc. VIII, 1. sqq.* exhibet *narrationem miraculosæ cibationis 4000. hominum*: Deducitur hoc objectum per nuda saltem argumenta explicantia, seu circumstantias, qvales potiores sunt: (1) Diejenigen die da gespeiset werden, populus scilicet, est *objectum personale*. (2) Derjenige der Sie speiset. Salvator scilicet.

cet. Est *subjectum*, seu *quis?* (β) Die Speisung selbst. Est *actus*. Sunt hæ circumstantiæ *majores*, reliqvæ sub partes dant circumstantias qvoqve *minores*.

§. 20. *Argumenta probantia* sunt cuilibet generi propria. Et probe sunt discernenda â *propositione*, qvam probant. Ubi rursus multum juvat *particularum* consideratio, qvæ argumenta sæpius qvam facillime *indicant*, *separant*, & *conjungunt*: Tum & cuilibet argumento naturalis suus cursus est relinqvendus, nec abrumpendum prius, qvam ipse Spiritus S. abrumpit, nec ulterius pergendum, qvam Spiritus S. vult. Deniqve etiam ostendendum, qvà cum *emphasi* ex argumento hæc vel illa propositio primaria probetur. Recensebimus potiora illa argumenta secundum generum suorum ordinem, pro uti â *Rivino*, & *Wernero* aliisqve vulgo disponuntur. Sic in genere didascalico hæc argumenta *Propositionem seu thesin didascalicam* probantia habent locum: (1) ab expressâ Scripturæ assertione (2) à consequentiâ legitimâ. (3) â congruo & possibili. (4) â glorioso respectu DEI (5) â confessione Adversarii. Sic e. g. *Hebr. I, 5.* occurrit argumentum ab *expressâ scripturæ literâ*: Thesis didascalica v. præced. posita hæc est: *Christus excellentius nomen hæreditavit præ Angelis*. Id probatur ex *Psalm. II.* & 2. *Sam. VII.* Emphasis argumenti

gumenti hæc est: *Qvi hæreditavit ipsum nomen Filii DEI, is hæreditavit nomen infinite nomine angelico excellentius. Atqvi Christus* &c. E. conf. *Seb. Schmidt in commentar. in h. l. p. m. 60. sq.* Et sic in reliqvis.

Generis Elenchtici argumenta *Propositionem Elenchticam* probantia hæc sunt: (1) â contrario scripturæ dicto. (2) ab inconsequentia. (3) ab absurdo (4) â blasphemo. (5) â contradictione adversariorum (6) ab impossibili. E. G. *Rom. IX, 15. 16. 17. 18.* occurrunt argumenta qvædam Elenchtica. Propositio elenchtica refutanda, ut ex *praced. v.* 14. patet hæc est: *DEUS est injustus, qvi hunc ordinem salvandi habet in Christo, in qvo licet omnium velit salutem, non tamen respicit vel ortum ex Patribus, vel opera, sed tantum ex gratiâ & secundum misericordiam suam agit.* Argumentum, s. objectio hæc est. Q. in salvandis hominibus non respicit vel ortum ex Patribus, vel ipsorum Opera, sed tantum ex gratiâ agit, & secundum misericordiam, ille est injustus. Atqvi DEUS &c. E. Propositionem hanc elenchticam refutat Apostolus â contrariis Scripturæ dictis, nimirum (1) ex *Exod. XXXIII. 19.* (2) ex *Exod. IX.* 16. Ex qvibus dictis patet, omnino DEUM sine ulla injustitiâ ejus commisereri posse, cujus secundum misericordiam & gratiam suam commisereri vult. vid. prolixius in *B. Seb. Schmid.*

para-

paraphraſ. hujus Epiſt. ad h.l. Qvæ ſi formaliter applicentur ad argumentum, negatur in eodem abſolute propoſitio *major* ob contraria Scripturæ dicta. Sic *Gal. III. 19.* Propoſitio *elenchtica* hæc eſt: ſi hæreditas non eſt ex lege, fruſtranea hæc erit. *Reſpondetur* vero argumento deſumto ab *inconſeqventi* &c.

Generis Pædevtici argumenta *Theſin Pædeuticam* probantia ſunt: (1) â mandato. (2) ab æqvo. (3) â neceſſario. (4) ab honeſto, ſeu decenti Chriſtianorum officio. (5) â jucundo. (6) ab utili ſeu præmio vel temporali vel æterno. (7) â facili. (8) ab exemplo piorum, vel etiam ipſius DEI, vel impiorum contrario. (9) ab afflictione & proſtitutione piis adverſantium. (10) â damno, ſi omittatur. E. gr. *Philipp. III. 18. 19. 20. 21.* habentur argumenta *pædevtica*, qvibus probatur præcedens propoſitio *pædevtica* de *imitatione vitæ honeſtæ, cujus exemplum dabat Paulus* nim. (1) â *damno* ſi omittatur, qvod ex contrario exemplo monſtrat v. 18. 19. Ex qvo ita vult concludere. Q. Omiſſum damnum & turpitudinem vobis parat, illud contra omnino eſt agendum. Atqvi imitatio mei omiſſa. &c. Erg. (2) â *jucundo*: Unſer Wandel iſt im Himmel. v. 20. Qvæcunqve vita maxime jucunda eſt, ea imitanda. Atq; noſtrûm vita eſt jucunda, verſatur enim in cœlis E. (3) ab *utili*, qvod ſperandum, glorificatio ſcilicet &c. Genus

Genus Epanorthoticum hæc habet argumenta *Propositionem Epanorthoticam* probantia: (1) ab interdicto. (2) ab iniqvo. (3) â non necessario. (4) â turpi: (5) ab injucundo. (6) â vano & inutili. (7) à difficili seu molesto. (8) â damno. (9) ab exemplis piorum contrariis, vel similibus impiorum (10) â gaudio diaboli. (11) ab utili si omittatur. E. gr. 1. *Cor. VI. 18. 19.* Propositio *Epanorthotica de fugienda scortatione* Prob. (1) â *turpi*: qvia hic peccatur contra proprium corpus, qvod maculatur. Est *turpissimum* v. 18. (2) *ab iniqvo.* Qvia scortator corpus suum furatur Domino v. 19. qvod *iniqvissimum.* Qvod ergo turpissimum & iniqvissimum, id fugiendum est. Atqvi scortatio &c. E.

In Genere consolatorio seqventia argumenta circa *propositionem consolatoriam* occurrunt. (1) â DEI misericordia & gratiâ. (2) â Christi merito, & intercessione. (3) ab assistentiâ Spiritus S. (4) â DEI providentia circa mali permissionem, moderationem & ablationem. Spectat huc qvoqve divina præsentia & auxilium. (5) â communi sorte piorum, (6) ab exemplo Christi Apostolorum, Prophetarum, Martyrum &c. (7) ab utilitate crucis ejusqve læto exitu (8) â brevitate & levitate crucis. (9) â bonitate causæ. (10) ab excellentia futuræ gloriæ. (11) ab exitio hostium. Sic *Rom. VIII.*

33.34. Propositio *consolatoria*, *quod electos nemo possit arguere, ut propterea semper boni animi possint esse.* Prob. (1) â *DEI misericordia & gratiâ ex quâ* justificat. (2) â *Christi merito & intercessione.* Quos igitur DEus ex gratia & misericordiâ suâ justificat, & pro qvibus Christus mortuus est & intercedit, illos certe nemo potest arguere, ii etiam boni animi esse possunt. Atqvi Electos &c. E.

§. 21. Argumenta *amplificantia*, sub qvibus & nos cum *Carpzovio in Hodeget. pag. 10. seq. illustrantia* complectimur, sunt, qvæ rem ulterius deducunt. Dispescuntur in *verbalia* & *realia*. *Verbalia* sunt figuræ Rhetoricæ, qvæ tamen rectius ad *Analysin Rhetoricam* referuntur. *Realia* ex locis topicis sunt desumta, suntqve e. g. *excussio causarum*, *translatio theseos ad hypothesin*, & contra, amplificatio ab *adjunctis* & *attributis*, item â *definitione*, *divisione*, *& distributione*, *oppositis*, *comparatis*, *similibus*, *exemplis*, *auctoritate s. testimoniis Scripturæ*, *aliorumqve sapientum* &c. qvalia argumenta in S. codice sæpius occurrunt. E. G. *Coloss. II*, 2. est amplificatio ab *attributo* omniscientiæ. *Jes. III*, 17. *sqq.* est *amplificatio* â *distributione generis in species*. *Jesa. VII*, 17. *sqq.* est *amplificatio* â *pari exemplo*, Israelitarum scilicet pereuntium, contra qvos tamen agere jam non constituerat Propheta. Ideoqve nihil aliud est qvam argumentum aliqvod, qvo *amplifica-*

tur

tur argumentum illud *probans*, qvod Propheta ad consolandum populum desumserat ab interitu hostium suorum. *Jacob. I, 6. 10. 11. 23. 24.* habes *similia* & *comparata* &c. Ad qvod exemplar deinceps qvoqve *amplificatio* qvævis *extrinsecus addita* ab Homileta adornari poterit, de qva infra in Elaboratione.

§. 22. Valent hæ regulæ, qvando textum habes *argumentosum*. Qvem si non habeas, præ aliis hæ sunt observandæ regulæ: (1) si nudam saltem habeas propositionem, resolvenda ea est in *subjectum* & *prædicatum*. E. gr. Si textus esset 1. *Joh. I. 7. Sanguis J. C.* &c. hîc *subjectum* est: *Sangvis Christi*, *Prædicatum: emundat â peccato*. Sic si textus esset *Jesa. IX. 6.* Er heisset Raht/ resolutio non aliter posset fieri, qvam in *subjectum*: Er/ nempe infans natus: & *prædicatum* heist Raht &c. Et in primis tum, uti ubivis, in resolutione respiciat Homileta ad *subjectum*, qvod sæpius vel in *medio*, vel etiam in *fine* orationis demum occurrit, qvod probe est inqvirendum, & â *prædicato* suo accurate discernendũ Sic *Apoc. XIV. 13.* Seeligsind die Todten/ die im HERRN sterben. ꝛc. *subjectum* est: *mortui, qvi in Domino moriuntur. Prædicatum* vero: *sunt beati a nunc*. Sic & *Joh. I, 1.* GOtt war das Wort/ *subjectum* est λόγος, *prædicatum* ἦν θεὸς &c. Conf. hic omnino B. Dn. D. *Dannhauer. in Ideâ Boni Interpr. p. 107. sqq.* Vel etiam fiat resolutio

solutio (2) in *circumstantias* supra datas, si est assertio circumstantiata vel historica. Sic & dictum qvod jam habuimus ex 1. *Joh. I, 7.* resolvi potest in suas *circumstantias*. Agitur enim in eodem de Sangvinis Christi virtute mundandi, Ubi (1) qvis? sive *subjectum*: Sangvis JEsu Christi (2) *objectum* circa qvod versatur, sunt peccata (3) *actus*: mundat. Vel si textus esset Historia qvædam v. g. *Evangelium Dom. 7. post Trin.* retineri poterit resolutio jam §. 19 data. Seu resolvas in *antecedentia & consequentia*, vel, qvod etiam interdum fieri potest in *subjectum & prædicatum*. Sic idem Evangelium *Dom. 7. post Trin.* resolvi poterit, in qvo agitur de cibatione populi â Christo facta, ubi (1) was vorhergehet. (2) wie es damit zugehet. (3) was darauff erfolget. Vel etiam redigatur integra hæc Historia in propositionem logicam h. m. *Christus cibat populum*, & jam fiat resolutio in *subjectum*. Der speisende JEsus: & *prædicatum*: Das gespeisete Volck.

§. 23. Et sic in resolutione dictorum, in qvibus *sensus literalis* locum habet, facile procedere licet. In resolutione autem illorum dictorum, in qvibus *sensus mysticus* habetur, adhuc unũ alterumve monitum erit superaddendum Et qvidem (1) qvantum *typos* attinet, tum vel solus *typus* adest, ut *Num. XXI, 9.* & tum in resolutione collatio cum antitypo est instituenda: vel *cum typo conjungitur qvoqve antitypus*, ut *Joh. III, 14. 15.*

tum resolvendus logice est *antitypus*; *typus* autem ad rei modum, vel etiam interdum ad finem referendus, hoc modo: Propositio logica: *Filius hominis morietur*: ubi (1) qvis? Filius Hominis (2) qvâ morte, s. qvomodo? nempe *morte crucis*, uti per erectionem serpentis præfiguratum. (2) cur? ut *credentes in eum salventur*, uti in typo adumbratum est. (II) In *Parabolarum* resolutione cautè est agendum, ne â scopo aberret Homileta. Nec respiciendum hic est ad omnia vocabula & circumstantias; sed ad *scopum primarium*, qvi â Spiritu S. intenditur, ut jam supra monitum est. Multæ enim circumstantiæ ornatus gratia in parabolis occurrunt, qvæ tamen in specie nihil significant, ut vel ex communi vitâ constat, in qvâ sæpius sub parabolis rem aliqvam proponimus, in qvibus tamen non omnes ornatus attenduntur; sed saltem *scopus*. Et, si homileta in resolvendis parabolis ad omnes circumstantias vellet respicere, nescio qvæ non absurda & contorta prodierent? Constat autem parabola vel ex *meris contentis*, vel ex *contentis & applicatione simul*. Si ex *meris contentis* constet, de *scopo* judicandum est ex *antecedentibus*, & *consequentibus*, ac ex ipso *contextu*, vel etiam interdum ex *epiphonemate* parabolæ annexo. Ex qvibus propositio verbis propriis est extrahenda & logice resolvenda, non attentis

tis qvibusvis parabolæ circumstantiis, uti jam monitum est. E. G. Si Evangelium haberem *Domin. 20. post Trinit. Matth. XXII, 1. sqq.* initio investigo *scopum*, qvem ex *epiphonemate*, qvo parabola clauditur, reperio esse *didascalicum*, qvi pro objecto habet *articulum fidei de Vocatione Universali & Electione particulari*. Qvo ex scopo jam fit Propositio logica verbis propriis: *Vocatio est universalis, & Electio particularis*. Qvæ propositio cum ex *duabus simplicibus* sit *composita*, qvamlibet *simplicem* reassumo; eamq; ulterius resolvo in *subjectum & prædicatum*. Sic *prima* est: *vocatio est universalis. Subjectum* hic est *vocatio*, ubi (α) qvis? DEus (β) qvô vocat? ad Ecclesiam, ad *nuptias* (γ) per qvem vocat? per suos *servos* sunt *argumenta explicantia. Prædicatum* est *universalitas*. Hæc constat (1) ex hospitum invitatione. (2) ex invitationis iteratione. (3) Ex vocatorum comparitione. (4) ex comparentium magno numero. Sunt *argumenta probantia. Altera* propositio est: *Electio est particularis. Subjectum* est: *Electio*, ubi (α) qvis? DEus, Rex ille (β) qvos eligit? qvi finaliter credunt. (γ) ad qvid? ad vitam scil. &c. sunt rursus *argumenta explicantia. Prædicatum* est *particularitas*, qvæ constat ex eo, qvod plurimi oblatam in vocatione gratiam vel nolunt: vel volunt, sed non amplectuntur digno ac debito modo. Utrumqve reprobatorum genus ostenditur

in hâc parabola. Ubi (1) *nolentes* (a) conditio, sunt (α) contemtores nuptiarum. (β) persecutores servorum invitantium. (b) reprobatio: audiens hoc rex iratus &c. Ubi rursus (α) ira DEI (β) ferula (γ) totalis â gratiâ exclusio (2) *volentes*. (a) conditio (α) se vocari admittunt, (β) veniunt & mensæ locum occupant. (γ) Sed veste nuptiali destituuntur, fide. scil. (b) lustratio. (c) reprobatio, qvæ fit (α) reprehendendo. (β) obmutescentem tradendo ministris &c. Vide prolixius omnia deducta in *B. Carpzovii Tyrocin. Arcus Concionator. supra Dom. 20. post Trin. p. m. 944. sqq.* Vel etiam resolvi potest *parabola*, facta deinde statim *applicatione* ad scopum. Qvo modo in jam resoluto Evangelio agitur de *nuptiis spiritualibus*. vid. *Carpzov. l. c. pag. 941.* Qvod si vero & *applicatio* simul adsit, Homileta primum resolvat *parabolæ applicationem* qvo appareat, qvid in istâ lateat: Resolutâ vero applicatione, *contenta* qvoqve parabolæ resolvantur, diligenter observatâ *applicatione & scopo*. Exemplum habemus in Evangelio *Dominic. Sexagesima Luc. VIII* Hic juxta regulam datam si sensum velis habere resolvas prius applicationem, qvæ habetur. *v. 11. sqq.* & hæc est: *Verbum inæqualiter recipitur. Subjectum* est *Verbum*, Prædicatum: *inæqualis receptio*. Spectat huc qvadruplex âuditorium illud. Jam hæc conferantur cum parabolâ ipsâ

ipsâ qvæ in præcedentibus habetur, & omnia erunt liqvidissima. Neqvaqvam vero cogitandum, ac si præcise tot *subdivisiones* in cujuslibet parabolæ contentis faciendæ essent, qvot in ejus applicatione latebant. Sed tot solummodo, qvot sese ultro offerunt, ac cum scopo conveniunt. Vid. *Werner. in præcept. Homilet. p. 94. sqq.* (III) In resolvendis *allegoriis* (α) attendatur ad sensum literalem, qvid significet in se (β) ad applicationem allegoricam respicias, i.e. qvomodo ad hunc vel illum casum â Spiritu S. applicetur. (γ) collationem locorum instituas, & determines, in qvonam loco regnet sensus literalis, & in qvonam mysticus. (δ) propositio remoto ornatu rhetorico extrahatur verbis propriis. E. G. *1. Cor. IX, 9.* collat. cum *Deut. XXV, 4.* (α) *sensus literalis* patet ex ritu illo Judæorum triturandi ope boum, qvibus tum ex lege DEI os non debebat obturari. (β) *applicatio* hæc est: Sic verbi ministris laborantibus non est denegandum salarium ex altari, cui serviunt, imo nulli laboranti sua merces est deneganda. (γ) Ex his jam patet, qvomodo *Deut. XXV, 4.* dictum hoc *literaliter* debeat explicari; *allegorice* vero *1. Cor. IX, 4.* (δ) Hinc jam fiat *propositio logica* hoc modo: *laboranti justa merces non est detrahenda, Verbi Divini ministris laborantibus salarium ex Altari non est denegandum.*

§. 24. Versati hactenus fuimus circa *resolutionem argumentorum*, qvæ in textu sunt *formaliter*, porro qvoqve *Analysis logica* versatur circa argumenta latentia in textu *virtualiter*, qvæqve per *bonam consequentiam* eruuntur. Vocantur hæc *consectaria* aut *Porismata*, qvæ vel ad amplificationem, vel applicationem usualem faciunt, suntqve *propositiones vel didascalicæ vel elenchticæ, vel paedevticæ, vel epanorthoticæ, vel consolatoriæ ex sensu literali textus fluentes, indeqve demonstrabiles.* Modus eruendi istiusmodi porismata diversimode traditur. Vide præcepta homiletica passim. Mihi præ omnibus aliis placet modus, qvem me docuit *Magnif. Maximeqve Rev. Dn. D. Seligmannus, Præceptor ac Patronus meus colendissimus, cui qvicqvid in Homileticis scio non sine debita gratitudine acceptum refero.* Qvi modus hic est: Cum textus juxta regulas hactenus datas decenter est resolutus, denuo *ter* eundem perlegas: In *prima perlectione* observes qvænam forte *thesis dogmaticæ* in textu lateant, qvas ex textu, seu verbis textus probare possis. In *secunda perlectione* observes, qvænam ibidem lateant virtutes ad qvas ex Textu hortari possis. Et deniq; in *tertia perlectione* annotes, qvænam reperiantur *beneficia* divina, ex qvibus solatium fluat. Habes hic tres principales consectariorum classes, qvas si habueris, *Elenchtica & Epanorthothica* porismata jam per se

se fluent. Sic e. g. si textus esset Evangel. Fer. I. *Nativitatis Christi*, in qvo agitur de *Nativitate Christi*, ex prima perlectione seqventia fluent *porismata didascalica*: (1) Jesus est verus ille promissus olim Messias, qvi in mundum venire debuit. (2) Christus in plenitudine temporis natus. (3) Christus ex virgine natus est. (4) Christ⁹ verus homo natus est. (5) Christus revera se abdicavit in statu exinanitionis usu plenario opulentiæ. (6) Christus totius mundi sive omnium hominum est redemptor. (7) Christus natus est verus DEUS. (8) per Christum natum homo reconciliatus est DEO. &c. &c. Has Theses omnes ex Textu probare possum.

His porismatibus jam positis *elenchtica* jam per se fluunt. Sic enim hic refutandi erunt *Judæi*, *Marcionitæ*, *Calviniani*, *Sociniani &c.*

Ex secundâ lectione seqventia fluunt porismata *pædevtica*. (1) ad obedientiam Magistratui præstandam. (2) ad curam filiorum habendam. (3) ad reverentiam & decentem timorem, qvando verbum Domini annunciatur. (4) ad amplectendum verâ fiduciâ omni populo natum Salvatorem. (5) ad gaudium spirituale supra beneficia divina & Nativitatem Chr. (6) ad qværendum annunciatum Dominum. (7) ad devotas Domini laudes &c.

Porismata hæc cum habeam, *epanorthotica* rursus

rursꝰ per se fluent, sumantur saltem vitia opposita: *inobedientia erga Magistratum, ἀπειθεία, irreverentia erga verbum Domini, incredulitas &c.*

Deniqve ex tertiâ perlectione seqventia habebis porismata *consolatoria*. (1) magnum beneficium est qvod Christꝰ nobis sit natus. 2) beneficium DEI, qvod pax jam in terris, & qvod in Christo DEO placeamus. Gaudete tristissimi peccatores. Salvator & vobis natus est, & vobis pax &c. (3) magnum beneficium qvod Evangelium hoc per nuncios suos annunciari curet DEUS, in nostrum gaudium. (4) latet & beneficium in paupertate, in qvà nasci voluit Christus; ut nimirum nos ditaret. (5) Magnum beneficium, qvod suo tempore Christus natus. &c. Sic enim horas suas habet DEUS certissimas. Commendatur circa hunc laborem *triplex Systema Theologicum*. (1) Systema *thetico-polemicum*, qvod explicandum circa theses dogmaticas. Duplicem id habet usum: (α) reperies ibi plura dicta probantia, qvæ elaborationi inservient. (β) Habes ibidem anthithesin cum argumentis suis refutatam, qvæ porismata elenchtica dat. (2) Systema *Morale*. Hoc explicandum circa theses pædevticas, & Epanorthoticas oppositas, ubi virtutum & vitiorum descriptionem, item commendationem, vel dissuasionem per argumenta sua invenies. Qvæ omnia materiam insignem in elaboratione

dabunt

dabunt (3) Systema *Casuisticum*, qvod circa porismata paracletica explicandum. Optandum autem hic esset, plenarium qvoddam istiusmodi Systema Casuisticum extare. Interim tamen defectus hic per *speciales libros ascetico*s passim extantes qvodammodo resarciri debet.

§. 25. Ratione *usurpationis* Porismata vulgo distribuuntur in *Homogenea & heterogenea*. Dicuntur vero sic Porismata duplici respectu: (1) habito respectu *ad textum*, & sic *homogenea porismata* sunt, qvæ non saltem ex textu, verum etiam ex scopo & argumento textus proxime fluunt. *Heterogenea* vero, qvæ qvidem ex textu, sed non ex ejusdem scopo qvoqve fluunt, vel fluunt qvidem ex particulâ textus: non verò ex toto textu. Sic e.g. ex jam adducto Evangelio *fer.* 1. *Nativ.* fluit qvidem hoc Porisma: *Magistratum gerere licet*. Verum est saltem porisma *heterogeneum* non adeo ex *scopo* Evangelii fluens. Contra *Christum in qvem nos Christiani credimus verum esse Messiam qvippe in qvem & vaticinia de nativitate sunt completa*: & qvæ his similia, sunt porismata *homogenea*, non tantū *ex textu*, sed & ex *scopo* textus fluentia. (2) Habito respectu ad *dispositionem*, & tum porismata *Homogenea* sunt, qvæ non saltem ex textu fluunt, verum etiam toti dispositioni, seu textui disposito conveniunt. *Heterogenea* vero sunt, qvæ

qvidem ex textu fluunt; non vero cum præsenti dispositioneconveniunt. Sic e. g. ex eodem Evangelio si proponam: Die Geburt JEsu Christi (1) was vorhergegangen (2) wie sie geschehen. (3) was darauff erfolget / ut porisma *homogeneum* retineri potest illud de *vero Messiâ Jesu nostro &c.* Contra porisma *heterogeneum* foret: *Angeli sunt spiritus ministratorii.* Posset autem & hoc porisma fieri *homogeneum*, si nimirum hæc foret dispositio: Die von dem Engel verkündigte Gebuhrt Christi. (1) Die Zeit da solches geschehen. (2) Die Verkündigung selbst / wie sie verrichtet. (3) Das Frolocken das darauff erfolget. Inde Porisma: *Angeli sunt spiritus ministratorii, mysterii Evangelici cupidissimi. Homogenea* collocantur post integram concionem elaboratam. *Heterogenea* vero vel post qvamlibet concionis partem principalem poterunt collocari, vel etiam per totam concionem passim insperguntur. Et tum porismata hæc *heterogenea* subdividuntur in *particularia*, qvæ cuilibet textus particulæ ut meditationes ferme annectuntut, in qvibus admodum felix fuit B. noster *Dn. D. Henr. Müller. & partialia*, qvæ cuilibet parti principali textus dispositi annectuntur.

§. 26. Super est adhuc *tertia Analysis, Rhetorica* nimirū, qvæ est *figurarum & affectuum* in textu occurentium indicatio. Versatur

tur ergo Analysis hæc circa hæc duo. (1) circa *figuras* (2) circa *affectus*.

§. 27. Circa *figuras*, *& ornamenta* textus ita versatur, ut inqvirat, an qvædam adsint, & qvænam illæ sint. Sic enim occurrunt istiusmodi ornamenta plura, e. gr. *hypotyposes*, *gradationes*, *mimeses*, *paranomasiæ &c.* Qvem apparatum collegit *Glassius in Rhetorica S.* qvæ est *liber qvintus Philologiæ Sacræ p. 1045. sqq.*

§. 28. Primarius autem hujus analyseos labor, & in qvo maxime differt â *Logicâ*, versatur circa *affectus*, â qvibus interdum omnis sensus dependet, omnisqve concionis elegantia, cum Homileta personam illius debeat induere, super cujus verba concionatur. At vero difficilis hic est labor, præsertim cum nemo hactenus hic glaciem fregerit. Extant eqvidem multi libri pathologiam docentes; sed civilem potissimum saltem respiciunt, qvæqve theatris aptior, qvam cathedræ sacræ, in qvâ non Comicum, sed Oratorem severum decet agere, qvi non plausum oris, sed motum cordis intendit. Communicabo, qvæ â Præceptoribus meis *B. Dn. D. Jo. Ben. Carpzovio, & Magnif. Dn. D. Seeligmann.* hausi.

§. 29. *Fundamentum* dicendorum sternit com̃unis illa *affectuum* distinctio in ἦθος & πάθος. ἦθος est affectus dicentis s. scribentis, respiciens etiam mores ad qvos dicitur,

citur, vel scribitur. πάθος vero est affectus ille, qvi vel in audiente, vel in legente moveri à dicente vel scribente intenditur.

§. 30. Incipimus ab illis *affectibus*, qvi vulgo ὑπόθεσις dicuntur. Hic (1) attendendus est *affectus dicentis*, vel *scribentis*. Et hunc nosse omnino necesse est. Sic e. g. siqvis concionari vellet super Psalmos, necesse foret ut probe attenderet affectum *Davidis*. Sic enim modo in affectu misericordiæ, modo in affectu iræ, modo in alio constitutus est, & tum Psalmi aliter aliterqve fluunt, qvos si explicaveris eundem illum affectum in dicendo debes assumere. Judicatur autem de his affectibus per seqventes regulas. (a) observetur ἦθος s. *indoles animi* scribentis, qvo statu, qvaqve vitæ sorte fuerit, e. gr. *Jesaias* ex stemmate erat regio, magnum prodit animum regiumq; zelum, Jeremias erat è statu sacerdotali, placidus ac mitis videtur &c. (b) attendatur *gestus loqventis*, à qvo interdum omnis dicti sensus dependet. Clarissimum habemus locum 1. *Reg. XXII, 13. 14 15.* qvem non intellexeris nisi ad gestum loqventis Prophetæ attenderis. Spectant hûc qvoqve loca I. *Job. I, 21. Jes. I, 7. cap. LI, 6.* auxilio hic sæpe est accentuatio. (γ) attendas qvoqve *characterem styli*, qvi cuilibet ferme scriptori S. est proprius. vid. *Glass. Phil. l. 1. tr. 3.*

tr. 3. & ex hoc egregie interdum de affectu Scribentis judicatur (δ) *Scopum* præsentis textus, ejusqve *antecedentia* ac *consequentia* diligenter pensita ac volve, & facile apparebit, qvem nam in specie affectum in hâc vel illâ pericopâ scriptor sacer habuerit. (ε) spectant huc qvoqve *affectus & mores eorum ad qvos dicitur vel scribitur*, qvos scriptores sacri procul dubio perspectos habuerunt, & ex qvibus qvodammodo etiam deinceps de *affectu dicentis* ipsius judicari licebit. Hic (α) juvat attendere *circumstantiam loci*, qvinam mores huic vel illi populo, hujus vel illius loci proprii. Aliter enim vivitur Romæ, aliter hic Rostochii, aliter alibi: Sic *Galatæ* erant rustici, morosi, *Philippenses*, & *Thessalonicenses* urbani & moderati &c. qvorum mores Paulus procul dubio novit. (ζ) judicatur qvoqve de moribus hujus vel illius populi *ex circumstantiâ temporis*. Nam qvæ hoc tempore valent, alio non valent. Sic populi Judaici mores alii erant tempore Regis Salomonis, alii tempore templi primi, alii tempore templi secundi, alii tempore *Nehemiæ*, tum erant obedientes, alii tempore *Christi*, tum erant obstinati, sic & hominum alii sunt mores tempore tranqvillitatis, alii tempore persecutionis, & calamitatis (γ) Etiam eorum gestus ad qvos scribitur interdum attendun-

tenduntur &c. vid. *B. Carpzov. in Theol. Exeget. p. 42. 43. 44. 45.*

§. 31. Pergimus qvoqve ad *affectus*, qvi vocantur παθη, ſuntqve illi *cordas motus, qvos Scriptores Sacri in audientibus, vel legentibus vel excitare, vel extinguere, vel ſedare intendunt*, prout nimirum vel boni, vel mali, vel mixti ſunt. Attendenda hic potiſſimum duo ſunt: (1) *fundamentum.* (2) *ornamentum.*

§. 32. *Fundamentum* conſiſtit in *rationibus*, vel *argumentis*, qvibus Spiritus S. ad movendum utitur. Habent hic qvilibet ferme affectus argumenta ſua peculiaria, qvæ probe obſervanda erunt, prout ex uno alterove affectu monſtrabo.

§. 33. Sic e. gr. AMOR *licitus* hoc nititur fundamento, ex qvo argumenta ſeqventia depromuntur. (1) objecti amandi eminentia, (2) beneficia qvæ ab objecto amando collata (3) beneficia, qvæ adhuc ob amorem ſperanda, ſ. ipſius affectus amoris utilitas & jucunditas (4) æqvitas naturalis. (5) Amor reciprocus &c. Exempli loco hic ſit *Jeſ. XLV, 18.-25. 1. Joh. IV, 7.-16.*

§. 34. ODIUM erga Diabolum & peccata hæc inter alia habet argumenta: (1) â perſonæ iſtius, vel rei turpitudine (2) à ſubjecti, qvod odiſſe debet, præſtantiâ, qvæ cum turpitudine præſenti comparatur. (3) â contumeliâ, qvâ nos per eandem afficimur. (4)

â con-

à connexo, qvod omnes ei servientes maneant sub irâ DEI, & morte æterna &c. e. gr. 1. *Cor. IV*, 15. - 20.

§. 35. SPES hæc habet argumenta: (1) consideratur DEUS conferens. (2) is cui bonum conferendum. (3) qvod bonum haberi possit. (4) ex illa participatione speranda bona. (5) exempla aliorum, qvi obtinuerunt, & eorum qvi non obtinuerunt, docendo simul culpam in illis ipsis fuisse &c. Exemplum elegans habes *Jes. XL*, 26. - 32.

§. 36. METUS excitatur ita (1) consideratur ira DEI. (2) indicantur subjecti peccata. (3) docetur imminentia præsentis mali: (4) additur qvis infelix futurus sit status. &c.? vid. *Ezech. XXI. 8. usq; ad fin.* item *Jer. IV*, 15. - 21.

§. 37. COMMISERATIO movetur ostendendo (1) calamitatem proximi. (2) misericordiæ utilitatem redundantem. (3) mala orta si negligatur. (4) exemplum ipsius DEI & Salvatoris nostri. &c. Conf. *Jerem: XIV. 7.* ubi DEUS qvasi excitatur ad commiserationem.

§. 38. INVIDIA hoc modo movetur. (1) exaggeratur injuria nobis illata. (2) nostra merita proponuntur. (3) Justitia judicis imploratur &c. vid *Jer. XVIII. 19. - 23.*

§. 39. LÆTITIÆ argumenta hæc sunt: (1) subjecti bonum nanciscentis considera-

sideratio. (2) objecti, in qvo bonum consistit, delineatio. (3) ipsius actus commendatio. (4) fructus exinde redundantis participatio &c. vid. *Jes. LIV.* n. 17.

§. 40. TRISTITIA movetur per argumenta contraria: (1) exponitur subjectū, & ostenditur, illud culpam in se qværere debere. (2) objectum. (3) actus, ut nulla restitutio, nulla evadendi occasio adsit. (4) ex hoc malo adhuc plura alia mala esse secutura. &c. exempli loco sit *Cap. I. Thren.*

§. 41. Sic moventur communiter affectus boni; mali autem e. g. *amor illicitus Tristitia nimia, odium illicitum &c.* extinguuntur & qvidem per argumenta contraria. vid. de Amore illicito exemplum *I. Joh. II.* 15. - 17. de Tristitia nimia *Jes. XLI. & XLIII. &c.*

§. 42. Hæc sunt *fundamenta. Ornamenta* sumuntur ex *figuris Rhetoricis*, inter qvas eminet *hypotyposis*, seu viva rei alicujus repræsentatio, in qvâ omnis ferme Pathologiæ elegantia consistit, cui sæpius insperguntur decentes *exclamationes*, *interrogationes*, *apostrophæ*, *prosopopoëiæ*, &c. ut ex adductis exemplis biblicis constat. Hæc omnia debet observare & eruere Homileta. Ad qvod Pathologiæ Spiritus S. exemplar deinceps poterit fieri imitatio. Conf. B. nostri Dn. D. *Henr. Mülleri Orator. Eccles. part. Gen. c. 5. §. 25. sqq. p. m. 58. sqq.* Et hæc qvoad rudimenta prima saltem de

Pathologia

Pathologia Spiritus S. sufficiant, ubi in compendio versor. Aliàs peculiarem prolixioremqve eadem meretur operam, qvam DEO volente alia occasione ex professo in me suscipiam.

§. 43. Sic *proprio Marte* debemus studere intelligere textum nostrum, nunc etiam *ope aliorum* utimur, consulendo libros, ut vel in sententiâ nostrâ confirmemur, vel ubi lapsi fuimus, nos corrigamus. Qvos libros, præsuppositis *instrumentalibus*, qvales sunt *lexica*, *Concordantiæ*, *Philologia Glassii* & c. distingvimus in duas Classes, qvarum prima *libros interpretativos*, secunda *practicos* exhibet.

§. 44. Libri *interpretativi* iterum distingvuntur in *strictos*, qvales sunt *versiones*, & *paraphrases* scripturæ: & *diffusos*, qvales sunt diffusæ explicationes Scripturæ S. qvoad sensum, vel in integra Biblia, vel in partem, seu certum duntaxat eorundem librum vel dictum. Qvorum omnium prolixum catalogum reperies *in Pratorii Bibliothecâ Homileticâ*, *Wittens repertorio Biblico*, *Dorschai Bibliis Numeratis*, *& Guil. Growæi Elencho scriptor. in scripturam &c.*

§. 45. Libri *practici* sunt *Postillæ & libri Ascetici* qvivis alii.

§. 46. *Postillæ*, si aboleatur abusus non adeo simpliciter sunt rejiciendæ, cum omnino etiam suum habeant usum. Nam

(1) manuducunt te ad optimas interdum inventiones: (2) ad accuratam elaborationem. (3) ad acceptas illustrationes, qvæ in Collectanea transferri poterunt, licet non semper qvoad ipsa verba, tamen qvoad meditationes, qvæ in ipsâ lectione tibi passim occurrunt. Conf. de postillis *B. Dn. D. Carpzov. in Theol Exeget. p. 120. Dn. D. J. F. Mayer. in Museo part. 2. pag. 41. seqq.* it. den vertheidigten geliebten und gelobten Postillen-Reuter. Deniqve per *libros Ascetikos* intelliguntur varii illi speciales libelli de his vel illis argumentis theologicis practicis scripti, qvorum ingens prostat numerus, qviqve omnes suum Homiletæ præstant usum. &c.

IMPERATIVUS III.
DISPONE.

§. 1.

EXhibet hoc caput artificium disponendi, sive *Dispositionem*, circa qvam potissimum qvatuor momenta hîc veniunt pertractanda. (1) Dispositionis *natura & constitutio.* (2) Ejusdem *divisio.* (3) ejusdem *inventio.* (4) *variatio.*

§. 2. *Natura & constitutio* Dispositionis ceu *primum momentum* constabit ex ejusdem *definitione*, qvam ita tradimus: *Dispositio est rerum earum, qvas inprimis in Analysi logica collegi juxta certam methodum in certas partes distributio.*

Mentio

Mentio hic inter alia fit *methodi*, & *partium*. Hinc ut *natura* & *constitutio* dispositionis eo melius patescat, de duplici hoc momento erit agendum, nimirum (1) de *methodo*, in qva dispositio debet esse. (2) de *partibus*, ex qvibus eadem debet constare.

§. 3. *Methodus* est duplex: *Analytica*, & *Synthetica*. Qvo omnes species aliæ, qvæ alias passim recensentur, referri commode possunt.

§. 4. Methodus *Analytica* est, qvæ retinet id qvod *formaliter* est in textu qvodqve *Analysis logica formalis* investigavit, in ordinatione & explicatione textus occupatur, textum in suas partes juxta naturalem connexionem resolvit, verba ac phrases explicat, & qvid Spiritus S. illis immediate velit, indicat ac doctrinas inde fluentes subnectit. E. G. Ex Evangel. *Domin. XVI. post. Trinit.* proponam: Eine Erzehlung der wunderbahren Aufferweckung des Jünglings zu Nain ubi (1) Wie er zu Grabe schon getragen. (2) Der zu Grab getragene erwecket. (3) Der Erweckte bewundert. sive (1) Was vorhergegangen. (2) Wie es damit zugegangen. (3) Was darauff erfolget / foret dispositio *Analytica*, qvia retinet id qvod *formaliter* est in textu, & qvod *Analysis logica* investigavit. Qvando enim qværo (1) qva de re agitur in textu? Resp. de resuscitatione Juvenis Nainitici. (2)

qvomodo? R. didascalice, species est *narratio*, sic & *deductio formalis* retinetur. Methodus vero *Synthetica* scopum textus plerumqve deserit, aut saltem objectum mutat, pertractans id, non qvod formaliter est in textu, sed qvod virtualiter in eodem latet, & per bonam consequentiam ex eodem fluit, locum scil. aliqvem communem. Hinc si ex eodem Evangelio proponam: Die Lehre von der Aufferstehung derer Todten. (1) Der vorhergehende Todt. (2) Die darauff erfolgende Aufferstehung / est *Synthesis* per bonam consequentiam ex textu fluens. Duplicem hanc methodum in concionibus suis habuerunt Christus, & Apostoli, egregie docente B. *Jo. Ben. Carpzovio fil. in Diss. de Orthothomiâ & Orthodoxiâ Minist. Eccles. c. 3. probl. 1.* usi eâdem & non aliâ Patres primitivæ Ecclesiæ, & ipse B. *Lutherus*, qvi revera in concionibus suis non fuit ἀμέθοδος, ut nonnulli frustra putant. vide id egregiè demonstratum â *Jo. Ben. Carpzov. patre in Hodeget. p. 16. sqq.*

§. 5. Partes dispositionis eam constituentes sunt (1) *propositio* (2) *partitio*. (3) *subdivisio*. (4) *Applicatio* partibus conveniens. Alii habent tantum *tres* partes, *subdivisionem* sub *partitione* comprehendentes. Res est non tanti momenti.

§. 6. *Propositio* est prima dispositionis pars, qvæ exhibet thema per totam concionem

nem tractandum, & est totius Concionis summa. In *Analytica Methodo* formatur ordinarie ê *specie* & *objecto* textus. *Speciem* vel per *substantivum*, vel per *verbum*, vel per *participium* eloqvi poteris. E. G. In Evangel. *Domin. XIV. post Trinit.* objectum est *Sanatio miraculosa decem leprosorum.* Species est *narratio* ex genere *didascalico.* Hinc jam formetur propositio, vel speciem efferendo per *substantivum* h. m. Eine Erzehlung der wunderbahren Cur der 10. Aussätzige. Vel per *verbum*: Wie Lucas erzehle die wunderbahre Cur der 10. Aussätzige. vel per *participium*: Die Erzehlte Cur der 10. Aussätzige. Objectum vero propositionis si fuerit *integra propositio*, redigatur in *terminum complexum*, ponendo prædicatum in *abstracto*, & subjectum in *casu genitivo?* v. g. *Rom. XIII, 1. seq. subditi sint obsequiosi erga Magistratum.* Huic prædicato, qvod est *obsequium erga Magistratum* adjiciatur subjectum h. m. *obsequiū subditorm erga Magistratum.* Jam addita specie, qvæ est *adhortatio*, emerget hæc *propositio analytica:* Pauli Vermahnung zum Gehorsam gegen die Obrigkeit. *Extraordinarie* vero interdū propositio (1) constat ex solâ specie, si nimirū una species varia complectatur objecta, distinctis partibus tractanda. E.G. *Domin. Esto mihi* Evangel. *Luc. XVIII.* Propositio solâ tantum constat *specie:* Eine Erzehlung. Seqvitur jam statim partitio (1) der merckl(ichen Passions-Predigt Christi an seine Jünger. (2)

Der wunderbahren Heilung des Blinden Bartimæi. (2) Ex solo objecto, si nimirum diversæ circa illud occurrant species. Sic si textus esset *Evangel. Dom. II. Advent.* propositio solo constaret *Objecto:* Vom Jüngsten Tage: Partitio (1) wie Er den Zeichen nach vorher verkündiget. (2) wieder die Furcht für demselben getröstet. (3) zur schuldigen Bereitung gegen demselben ermuntert. (3) Propositio interdum plane negligitur, & cum partibus proponere incipimus, si nimirum & diversæ species, & diversa objecta habeantur in textu. E. G. Si explicanda esset *Epistola Domin. IX. post Trinit. 1. Cor. X, v. 10.* ob varia *objecta* & *genera* negligenda foret *propositio*, & statim *partes* proponendæ h.m. Wir wollen betrachten/ wie der Apostel (1) für die Sünden der Juden warne. (2) zur Christlichen Behutsamkeit ermuntere. (3) wieder die Anfechtung tröste. Nisi per *artificium* in tribus his extraordinariis modis generalem qvendam conceptum loco integræ alicujus propositionis plenariæ velis ponere, qvem dabit interdum consideratio *circumstantiarum, loci, temporis, personæ* &c. Sic retineamus modo data exempla *extraordinariæ propositionis.* Et ad primam hic posset formari conceptus: Eine doppelte Begebenheit auff dem Wege gen Jericho. In secunda: Christi Predigt vom Jüngsten-Tage. In tertiâ Pauli Amts-Treue etc. In *Synthetica autem*

tem methodo propositio constat *specie*, & *objecto* non *textus*, sed *loci Communis* pertractandi, hic repete exemplū jam §. 4. datum, ubi *objectum* est *resuscitatio mortuorū*, locus ille cōmunis ex Evangeliô *Dom. 16. post Trin.* fluens. *Species est: Doctrina.* In genere autem propositio sit (1) *brevis* ac concinna, nec longior, qvam interdum textus ipse (2) sit *perspicua* (3) *adæqvata*, exhauriens nimirum totum textum, ut nec plus, nec minus contineat, qvam habetur in textu.

§. 7. *Partitio* secunda dispositionis pars, est principalium thematis partium in concione pertractandarum propositionem immediate seqvens distributio. Distincte autem hic est procedendum; & probe ad *objectum s. thema*, qvod propositio tua tibi offert, attendendum. Est autem illud thema duplex: *simplex*, & *compositum*. *Thema simplex* est, qvod conceptu simplici ac re una constat, ad qvod nec affirmando nec negando, sed declarando, & explicando propositam thesin respondetur in textu, sive proponatur *termino complexo* sive *incomplexo*. Et sic in themate simplici neqve de veritate, neqve de falsitate alicujus propositionis, aut theseos qværitur: *Thema compositum* autem est, qvando de propositionis, aut theseos alicujus veritate, vel falsitate, an sit, nec ne? qværitur; seu ad qvod vel affirmando, vel

negando respondendum est per particulas *ita*, vel *non*. Non autem melius judicatur de *themate simplici & composito*, qvam ex ipso textu: Qvod si enim thema seu objectum textus deducitur in textu saltem per *argumenta explicantia*, id est *thema simplex*. Qvod si vero thema aliqvod in textu deducatur per *argumenta* sua *probantia*, sive ea sint didascalica sive Elenchtica sive pædevtica, sive Epanorthotica, sive consolatoria, id est *compositum*. conf. *B. Carpzov. in Explicat. Hodeget. Parentis, qvæ subnectitur Theol. Exeget. p. 240. sq. Gœbel. in method. c. 6. p. 81. seqq. & Werner. in præcept. Homil. p. 42. sqq.* e. g *Psalm. II, 7. Tu es filius meus* &c. agitur de *æterna Filii DEI generatione*. Qvod objectum textus exhibet thema *simplex*. Sic & *Hebr. XI*, 1. habetur *descriptio fidei*, est itidem *thema simplex*. Spectant & huc *enarrationes historicæ*, qvæ *simplex* thema semper, & qvidem ex intentione scribentis offerunt. Contra *Hebr. I, 4. sqq.* agitur de *excellentiori Christi nomine præ Angelis*. Qvod textus objectum exhibet *thema compositum*. Adsunt enim *argumenta probantia* in textu. Spectant & huc omnia illa exempla, qvæ jam in *Præcedenti Imperativo §. 20.* data sunt. Prout jam ejusmodi thema in propositione oblatum fuerit, partitio qvoq; sese eidem debet accommodare.

§. 8. A *themate simplici* incipiemus. Est autem illud iterum duplex: vel *unum*, vel *varium*,

rium, i. e. vel unum tantum istiusmodi thema adest in textu; vel etiam interdum plura adsunt.

§. 9. *Thema simplex unum* vel *res* est, vel *Persona* vel *actio*.

§. 10. Si *Res* fuerit, tum *partitio* potest fieri, vel secundum circumstantias: Qvis? qvid Ubi &c. vel secundum *attributa*: vel secundum *actus* diversos circa rem in textu occurrentes. E.G. Si text⁹ esset 2. *Cor.* V, 1. & proponerem: Pauli Außspruch von unserer künfftigen Behausung. Objectum est *res*. Hinc fiat partitio juxta *circumstantias* (1) wem sie vermacht. (2) von wen sie erbauet. (3) wie sie beschaffen. Vel juxta *attributa*: (1) als eine höchst herrliche. Opponitur enim tentorio huic fragili præsenti (2) als eine recht göttliche. DEus ædificavit. (3) als ein stets-ewige. Vel juxta *actus* circa objectum occurrentes (1) wie wir sie nach diesem Leben beziehen. (2) wie sie die Hand GOttes gebauet. (3) wie sie im Himmel ewig währet.

§. 11. *Personam* si habueris, *partitio* potest fieri vel in *attributa*, vel in *status*, vel in *actus*, s. *passiones* Personæ juxta textum competentes. E. G. Si ex *Evangel. Dom. 16. post Trinit.* proponerem thema arbitrarium: den Jüngling zu Nain. Partitio posset fieri in *attributa*: (1) als einen Todten. (2) als einen Beklagten. (3) als einen lebendig gemachten. Vel juxta

ſtatus (1) in ſeinem Sarg. (2) in den Händen ſeiner Mutter. Vel in *actus*, ſeu potius *paſſiones* h. l. (1) wie Er zu Grabe wird getragen. (2) von JEſu erweckt. (3) von dem Volcke bewundert.

§. 12. *Actio* ſi adſit, *partitio* fit vel in *circumſtantias*, vel in *attributa*. E. G. Si textus eſſet Evangelium *Dominic. XIV. poſt Trinit.* & proponerem. Eine Erzehlung der wunderbahrē Heilung der zehen Außſätzige. *Objectum* eſt *actio* qvædam *miraculoſa Chriſti*. Hinc fiat partitio in *circumſtantias*: (1) die patienten. (2) die Heilung. (3) die Würckung. Vel juxta attributa: (1) als eine beweglich erbehtene. (2) als eine wunderbahr erhaltene. (3) als eine ungleich erkandte. Diſtributio in *antecedentia*, *concomitantia*, & *conſequentia* præſertim in *Hiſtoriis* habet locum. Et id interdum accidit in *themate ſimplici*, ut occurrant præter *argumenta explicantia* etiam *amplificantia* ſ. *illuſtrantia*. Et tum partitio fit in *argumenta explicantia* illa & *illuſtrantia*. e. gr. *Jeſ. XL, 6.* Alles Fleiſch iſt Heu etc. Ein Außſpruch von der Menſchen Nichtigkeit (1) in einem Gleichniß abgebildet. (2) In einem deutlichen Spruch bezeuget. Vel ſi nuda argumenta amplificantia, tum regula eſt: *qvot iſtiusmodi argumenta tot partes.* e. gr. *Cant. VIII, 6.* Der Liebe Chriſti / und der Chriſten Gleichheit (1) mit dem Tode. (2) mit dem Feuer. Qvomodo in *parabolis* procedendum ea hauriantur ex *Analyſi logicâ*. §. 13.

§. 13. *Thema simplex varium* est, qvando vel diversa genera, vel diversæ species, vel interdum etiam diversa objecta adsunt. Hic autem in *partitione* has observes regulas: (1) qvot sunt diversa genera in textu, tot habes principales partes (2) qvot sunt ejusdem generis diversæ species, tot partes (3) qvod diversa potiora objecta, tot partes. Repete hic tria illa exempla jam ad §. 6. circa propositionem extraordinarie efferendam data.

§. 14. *Thema compositum* æqve ut simplex vel *unum* est, vel *varium*. Si *varium* hanc observes regulam: qvot diversa istiusmodi themata habes, tot habes partes. Si vero *thema compositum unum* saltem habeas, tum illud constat vel *solâ propositione*, vel *propositione & argumentis simul.*

§. 15. Si *thema* tuum *solâ propositione* constet, *partitio* aliter fieri neqvit, qvam in *subjectum*, *& prædicatum*. E. G. Si textus esset *Rom. VIII, 33.* hæc duntaxat verba: Wer will die Außerwehlten GOttes beschuldigen? Propositio consolatoria remoto ornatu rhetorico, ad qvem & interrogatio spectat hæc est: *Electi sunt irreprehensibiles*, vel redigendo propositionē in *terminum complexum*: *Electorum irreprehensibilitas*: Der Außerwehlten Unschuld. Hinc partitio (1) subjectum: Die Außerwehlten (2) prædicatum: ihre Unschuld.

§. 16. Si

§. 16. Si *propositio & argumenta* adsint, *partitio* fit in propositionem, & argumenta, propositionem probantia. e. g. Ex *Epistola Dom. 23. post Trinit. Phil. III, 17. sqq. Propositio:* Pauli Auffmunterung zu seiner Nachfolge im guten. *Partitio:* (1) Adhortationis contenta: Der Innhalt. Sive: Die Nachfolge/ dazu Er ermahnet. (2) adhortationis argumenta: Die Gründe. Sive ita: Die Gründe damit er ermahnet. Et argumentorum *amplificantium* seu *illustrantium* habenda hic est ratio, qvæ & interdum *peculiarem partem* constituunt. e. g. Ex *Evang. Dom. 9. post Trin. Luc. XVI.* propositio: Christi Vermahnung zur Mildgebigkeit (1) wie er sie in einem Gleichniß vorstellt. (2) mit deutlichen Worten erkläret. (3) mit wichtigen Gründen erfordert. Dantur qvoq; textus, qvi sola argumenta continent, & propositio in antecedentibus habetur, tum hæc est regula: qvot argumenta, tot partes. e. g. si textus loco essent verba illa *Philipp. III, 18. usqve ad finem:* Drey Uhrsachen die zur Nachfolge des Apostels sollen bewegen. (1) Der Schade/ so man es unterlässet. (2) Das Vergnügen/ das man dabey empfindet. (3) Der Vortheil/ den man zu hoffen.

§. 17. Atqve sic procedimus in *methodo Analyticâ*. In *Synthetică methodo* ita procedendum est, ut ante omnia videas, an etiam ex toto textu fluat synthesis? Deinceps *partitio*

loci

loci communis potest fieri vel in *circumstantias: quis? quid? ubi?* &c. vel in *attributa*, vel in *actus*, qvi circa synthesin occurrere possunt, vel in *thesin & argumenta*, vel in *argumenta tantum*, vel in *subjectum & prædicatum*; Ita tamen ut omnia per non coactam consequentiam ex textu fluant. Idem enim hic est processus, qvi in *dispositione analytica* fuit. Nam & hîc *thema* est vel *simplex* vel *compositum*, idqve vel *unum* vel *varium*. Si *hoc* regula est: *qvot istiusmodi themata Synthetica, tot partes.* e. g. si qvis occasione Evangelii in *Festum Michaëlis Matth. XVIII, 1. sqq.* vellet agere de *angelis bonis*, de *angelis malis*, & de *redemtore nostro*, tot deberent fieri partes h. m. Angelognosia: Eine Engel-Betrachtung. (1) Die Bösen/wie sie uns verführen. (2) Die Guten/wie sie uns beschützen. (3) Der Unerschaffene/wie Er uns erlöset. Qvod si vero *unum* saltem elegeris *thema syntheticum*, & qvidem *simplex* eædem valent regulæ qvas jam §. 10. 11. 12. dedimus. e. g. Si ex Evangelio *Dom. 1. Adventus* proponerem hanc Synthesin: Eine Lehre von der geistlichen Ankunfft Christi im Hertzen. Partitio posset fieri in *circumstantias*: (1) Der HErr der da einziehet. (2) Der Einzug selbst. (3) Die Empfangung derer Gläubigen. Vel juxta *attributa*: (1) auff Seiten JESU recht herzlich. (2) auff Seiten der Gläubigen höchst-erfreulich. Qvod si vero *thema Syntheticum*

com-

compositum habeas, tum & hîc partitio potest fieri vel in *subjectum & prædicatum*, vel in *propositionem* & *argumenta* &c. e. g. Si ex eodem Evangelio proponerem hanc *Synthesin*: Die Lehre/ daß Christus JEsus der wahre Messias sey. *Partitio* fiat in *propositionem* & *argumenta*: (1) Ejus positio der Satz. (2) probatio: der Erweiß.

§. 18. *Requisita partitionis* sunt: (1) ut sit *accurata*, & qvidem (α) ratione *materiæ* ut scl. componas componenda, & dividas dividenda. (β) ratione *eloqvii* s. *styli*, consistit illud in eo, partim ut una pars respondeat alteri, nec plus minusve sit in unâ parte qvam in alterâ: inprimis etiam ratione *epithetorum*. Qvod si enim in unâ parte habeas epitheton, & reliqvis aliqvod addas, omisso vero in unâ parte, omittatur & in reliqvis: partim ne affectemus rythmos, nisi fluant naturaliter. conf. *Carpzov. in Theol. Exeget. annexis p. 276. sq.* (2) sit *ordinata*, i. e. eleganti ordine pars partem excipiat. Hinc non sine elegantiâ partes fluunt, si per *gradationem* fieri possunt. e. g. Si ex Evangelio *Dominic. Reminiscere*, proponerem: Das Cananæische Weibelein. (1) wie sie hart gekämpffet. (2) nach dem Kampff wohl gesieget. (3) nach dem Sieg hoch gerühmet. (3) Sit *adæqvata*, nec plures, nec pauciores fiant partes, qvam in textu sunt. Nota: cum judicio tamen interdum

partes

partes vel contrahuntur vel extenduntur. Sic si in textu nonnunqvam sex aut plura objecta occurrunt, contrahantur in membra pauciora, v. g. in *præcepta DEum aut proximum aut nos ipsos* respicientia. Item in præcepta status hierarchicos nempe *Ecclesiasticum*, *politicum*, & *Oeconomicum* concernentia. Sic & si in textu sex, septem, vel etiam plures circumstantiæ sese offerant, illæ contrahi possunt in membra pauciora generalia & potiora. v. g. ubi occurrit, *subjectum*, *objectum reale ac personale*, *tempus*, *locus*, *actus*, *modus*, *finis* &c. concionator seligat vel *actum & finem*, vel alios terminos. Vel videat num & circstantiæ contrahi possint in *antecedens*, *factum*, *& consequens*. Vel præprimis in textibus historicis circumstantias ita contrahat, ut proponat personam primariam, aut plures etiam simul juxta primarios actus: vel eligat potiora facta, aut alios atqve alios conceptus ac terminos generales, sub qvibus multæ circumstantiæ simul commode proferri possunt; prout ipse textus illos ultro offert. Conf. *Werner. in Præcept. Homil. Part. 2. c. 4. p. m. 174. 185. 188. & 190. sqq.*

§. 19. *Subdivisio* est tertia Dispositionis pars, qvæ partitionis partes rursus in sub partes, seu partes qvasdam minus principales secat. Fontes autem subdivisionis iidem sunt, qvi partitionis fuerunt, eadem qvoq; reqvisita.

reqvisita. Qvælibet enim partitionis pars fit qvasi nova propositio. Hinc qvemadmodum in partitione erat thema vel simplex, vel compositum, unum vel varium, res, persona, vel actio, item propositio &c. sic & hic, & qvas ibidem dedimus regulas, eædem hic rursus occurrunt. E. G. retineamus dispositionem illam jam §. 12. datam supra *Evang. Dominic. 14. post Trinitatis*, ibi prima pars erat: die Patienten. Sunt personæ. Fiat subdivisio juxta actus ipsis competentes. (1) wie sie für JEsu kommen. Ubi rursus circumstantiæ (α) qvis? die 10. Aussätzige. (β) ad qvem? zu JEsu / der eben gen Jerusalem reiset. (γ) ubi? in einem Marckt. (δ) qvomodo? sehr demühtig; sie stehen von ferne. (2) wie sie zu JEsu ihre Stimme erheben. Secunda pars erat die Heilung. Est actio ipsa. Hinc fiat subdivisio in suas circumstantias: (1) qvis? wer heilet sie? der barmhertzige JEsus: Da Er sie sahe. (2) qvibus auxiliis? Womit heilet Er sie? mit seinem kräfftigen Worte: Gehet hin/ und zeiget Euch etc. (3) qvomodo? wie heilet Er sie? glücklich und vollenkommen? Und es geschah/ da sie hingingen etc. Tertia pars erat die Würckung. Est iterum actio, qvæ hic duplex. Sie ist ungleich. (1) der Danck auff Seiten des Samariters. (2) Christi Verweiß in Ansehung derer Neun Undanckbahren.

§. 20. *Applicatio* est qvarta Dispositionis pars,

pars, & consistit in eo, ut jam decentes usus toti dispositioni convenientes subnectantur. confer hic, qvæ in *Analysi logicâ* de *porismatibus* diximus. Dependet totum negotium â judicio Homiletæ, qvi judicare debet juxta regulas supra datas, qvænam porismata sint *homogenea*, qvænam *heterogonea*, & qvomodo jam hic in applicatione ad usum ordinanda sint. Sic modo jam absolutæ dispositioni supra Evangel. *Dominic. 14. post Trinitat.* seqventes subnecti poterunt *Usus*: *Didascal.* Christus, optimus & unicus est ille animæ & corporis medicus, qvi in omnibus calamitatibus, sic etiam in morbis qværendus primum est, & unice adorandus. *Usus Elenchticus*: Contra Pontificios tempore calamitatis & morbi ad D. Mariam & sanctos fugientes. *Usus Pædeuticus*: Agite ergo! ad DEum tempore calamitatis appropinqvetis debitâ cum humilitate ac devotione, preces vestras altâ voce ad eũ fundite, & post ereptionem ac auxilium grates vestras ei persolvite. *Epanorthoticus*: male ergo faciunt, qvi preces omittunt in morbis, magis ad medicum corporis, qvam Christum fugientes, item ingrati &c. *Consolatorius*: Magnum solatium hic inveniunt omnes calamitosi: DEus videt illos. Omnes precantes in calamitatibus ac morbis, DEus exaudit preces & juvat. Omnes tempore calamitatis tantum in DEum confidentes: fides juvat, ut surgere possint & ire &c.

§. 21. *Secundum* Imperativi hujus *momentum* est dispositionis *Divisio*. Dividiur autem illa respectu methodi, â qvâ dirigitur, in *Analyticam & Syntheticam*. Utraqve respectu formæ & modi proponendi est vel *Naturalis*, vel *artificialis*. *Analytica naturalis* est, qvæ sequitur analysin logicam, nec ab illâ in ullâ parte recedit, nec schema adhibet. Uti in præcedentibus docuimus. *Synthetica naturalis* est, qvæ locum communem ex textu demonstrabilem itidem nude saltem ac sine schemate proponit, prouti itidem in præcedentibus id monstravimus, *Artificialis* vero dispositio est, qvæ vel thema principale in Analysi logicâ suppeditatum mutat, vel schema adhibet, vel utrumqve facit. Qvæ thema mutat, dicitur arbitraria, qvæ schema adhibet vocatur *schematica*, qvæ utrumqve facit, nempe & thema mutat, & schema simul adhibet, appellatur *mixta*.

§. 22. De *Naturali* Dispositione sufficienter hactenus dixi, de *artificiali* adhuc qvædam subjicienda erunt. *Prima artificialis* dicitur *arbitraria*, illaq; mutat thema. Hoc fit, qvando loco thematis *principalis* qvod Analysis logica suppeditat, sumo thema qvoddā *minus principale*, qvale vel singulæ textus voces eminentiores suppeditant. Et qvidem si retineas thema illud minus principale, prout *formaliter* in textu jacet, tum est *arbitraria analytica* tua dispositio: Qvod si vero

ex

ex hoc themate deducas *locum communem*, tum fit *dispositio arbitraria synthetica*. E. G. Si ex Evangelio *Domin. XVI. post Trinit.* ex voce Sarg. Proponerem: Den Sarg in Nain (1) mit der Leichen des Jünglings gefüllet. (2) mit Thränen der Wittwen genetzet. (3) mit Händen JESU berühret. Foret Arbitraria Analytica, Qvod si vero ex eâdem voce proponerem: Den Sarg der Menschen (1) wie sie darinnen liegen. (2) wie sie darüber beklaget. (3) wie sie darauß erwecket. Foret arbitraria Synthetica. Sic si ex voce weine nicht: proponerem: Die Thränen der Wittwen zu Nain. (1) reichlich vergossen. (2) tröstlich gefasset. Foret arbitraria analytica. Qvod si vero proponerem in genere: Wittwen-Thränen &c. foret arbitraria Synthetica. Referunt nonnulli qvoqve ad dispositionem *arbitrariam*, qvando *ordo partium* textus mutatur. Sed *minus proprie* ita dicitur, *magis proprie* arbitraria illa est, qvæ thema mutat.

§. 23. *Altera dispositio artificialis* vocatur *schematica*, qvando scl. propositio sub schemate effertur, modo sine, modo cum inscriptione. *Illo* modo dicitur *parabolica*, *hoc* modo *emblematica*. Sic e. gr. Si ex *Epist. Fer. 2. Nativitat. Christi Act. VI, & VII.* proponerem: Stephanum wie eine Rose unter den Dornen. (1) Die Dornen die da hefftig stechen. (2) Der Geruch, den er herrlich giebet. Est Schematica. Qvod si vero ita proponerem. Stephanus

unter dem Sinnbilde einer schönen Rose mitten untern Dornen mit einer doppelten Uberschrifft: (1) *Hîc lædor*: Hier verletzt. (2) illic *lætor*: Dort ergetzt/ foret emblematica. Non hic prolixe disputabo: an schematice qvoqve sit concionandum? qvod qvidem abominantur nonnulli; sed refutant istiusmodi intempestivos momos Prophetæ, Christus, & Apostoli, qvi tot egregias conciones schematicas tantâ cum elegantiâ habuerunt, qvantâ unqvam haberi poterunt. conf. *disp. de Concionibus artificiosis sub Præsidio nostro habit. §. 16.* Modo unum alterumve monitum subjiciam propter abusum concionum schematicarum, qvi ab alterâ parte non negandus. Nimirum de *emblematibus* notandum, si *humanæ inventionis* sint, non esse usurpanda coram auditoribus, qvi ea non intelligunt e. g. rusticis. Item nec talia, ex qvibus ædificatio nulla speranda. Qvæ vero *Biblica* sunt ubivis possunt adhiberi. Sic & de *schematibus* monendum. (1) qvod debeant esse *biblica*, nec tamen absurda. (2) non sint *fabulosa* nec *nimis insolentia*. (3) non sint *obscura*. (4) talia sint, ut commode per *totam concionem* possint pertractari. conf. *d. disp. nostr. l. c.* Hinc etiam in tot partes debent dividi, in qvot dividi vult textus. Et si id, qvod formaliter est in textu proponas sub schemate ex textu, tum est *schematica analytica* dispositio: si vero & *locum communem* ex textu fluentem proponas sub schema-

schemate, est *Schematica Synthetica*. Sic dispositiones illæ, qvas jam habuimus, fuerunt *analytica*, qvæ vero mutari possunt in *Syntheticas*, si applicarem ad Christianos in genere: Christen wie Rosen unter den Dornen, sive: Christen unter dem Sinnbilde derer Rosen mitten untern Dornen etc.

§. 24. *Tertia artificialis dispositio mixta* appellatur, cujus natura jam ex antecedentibus patebit. Est nimirum illa, in qva thema minus principale sumitur idq; sub schemate simul proponitur. Et iterum si formaliter habeatur in textu, est *mixta analytica*, si vero *virtualiter*, est *mixta synthetica* dispositio. E. G. dispositio illa qvam §. 22. habuimus von den Thränen der Wittwen zu Nain, mutari potest in *mixtam* h. m. die auff der Thränen-Saat erfolgte Freuden-Erndte der Wittwen zu Nain (1) die Thränen-Saat (2) die Freuden-Erndte. Qvæ dispositio est analytica, potest autem mutari in *Syntheticam* si applicetur ad viduas vel Christianos in genere: derer Wittwen, derer Christen Thränen-Saat. Vel si ex voce Jüngling proponerem: Den Jüngling zu Nain wie eine Bluhme auff dem Felde (1) als unvermuhtet verwelcket (2) mit Freuden wieder hervor geblühet. Foret itidem *mixta analytica*, qvæ rursus mutari potest in Syntheticam h. m. der Mensch wie eine Bluhme auff dem Felde (1) wie er im

Tode verblühet. (2) in der Aufferstehung wie der herfür grünet. Ad has hactenus recensitas species omnes dispositiones debent referri

§. 25. *Tertium momentum* hujus Imperativi est *dispositionis Inventio*, qvæ scl. eandem dirigit, ac juvat. Fluunt vero dispositiones ratione *inventionis* ex *Exordio*, & qvo elegantius habes exordium, eo elegantior qvoqve est dispositio. Est vero *Exordium* duplex: alterum *generale*: alterum *speciale*. de *hoc* in primis hac vice solliciti sumus, & eatenus de eodem hoc loco agendum erit, qvatenus *inventioni dispositionis* inservit, reliqva sequenti Imperativo reservanda sunt.

§. 26. Spectant autem huc *Exordiorum fontes*, inventiones optimas suppediantes. Sed qværitur: qvomodo ex illis fontibus Exordia commode inveniantur? Resp. Tria potissimum hic adminicula suppeditare soleo: *Primum* est *propria meditatio*, per qvã thema seu objectum propositionis meæ sedulo mecum pensito qværens: qvænam hujus rei causa, qvis effectus? qvod adjunctum? qvodnam oppositum? &c. *Alterum adminiculum* est *Concordantiarum verbalium* usus. In his enim jam inventum ope meditationis meæ, e. g. causam, effectum, adjunctum &c. explico, videns, annon commodum reperiatur dictum, qvo propositionem meam

meam eloqvi & efferre qveam. Vel etiam ipsum meum thema, seu propositionis meæ objectũ in Concordantiis explico, inqvirens, annon in recensitis locis thematis mei vel causa vel effectus, vel tale aliqvid aliud occurrat, eloqvendi occasionem præbens. Nota: Si una vox in Concordantiis explicata nihil suppeditat, explices vocem Synonymam, seu æqvipollentem. e. g. Si habeas vocem: Sünde/æqvivalentia & Synonyma sunt: Missethat/ Ubertretung/ Unrecht/ Mißhandlung ꝛc. Et sic in aliis. *Tertium adminiculum* est explicatio *Concordantiarum realium*, e. g. *Fesselii*, vel *Jani* Stern Himmel &c. Vel etiam explicari possunt *Bottsacci Moralia*, item *Binchii Mellificium Theologicum* &c. Et hic varias thematum causas, adjuncta, & istiusmodi alia reperies dictis Biblicis collustrata.

§. 27. Sic *primus fons* solet esse *commendatio*, eaqve (1) textus. Exemplum habet *B. Carpzov. in Concion. funebr. Tom 3. conc. 18. p. m. 651.* Textus est *Joh. XIV, 6. Exordium à commendatione textus* est desumtum, & qvomodo ille à tot egregiis inter pretibus sit enucleatus & æstimatus, etiamà *B. Jacobo Thomasio*, in cujus obitum jam explicandus: Hinc *propositio*: der Text als eine Thomas-Lection von der Jacobs-Leiter ꝛc. (II) materiæ ex textu. Exemplum habet idem *Carpzov. Conc. Funebr.*

Tom. I. conc. 7. p. 391. sqq. Textus est *Sap. VIII, 19. 20. propositio:* Ein feiner Student etc. Hinc *Exordium* â *commendatione materiæ* hujus ex textu, nempe *Studiosorum.* (III) tractationis subsecuturæ. Habet locum in rebus aliàs odiosis, & qvæ caute sunt tractandæ. e. g. in concionibus elenchticis, vel epanorthoticis.

§. 28. *Secundus fons* est *vindicatio textus,* qvando eundem ab adversariorum argumentis & corruptelis vindico. Exemplum habet *B. Carpzov. in concion. Funebr. Tom. I. conc. 12. p. 675.* Textus est *Psalm. XVI, 5. 6. Exordium* est desumtum â *vindicatione variarum hujus textus perversionum.* Fit applicatio ad defunctam, qvæ optime ac evangelice verba hæc ad se converterit. Hinc *propositio:* Der Sehl. Verstorbenen gut-Evangelische Wort-Verkehrung etc.

§. 29. *Tertius fons* sunt *circumstantiæ* & qvidem potissimum (I) temporis. Exemplum habet *Carpzov. in dispositionum Centenario Hodeget. B. parentis sui annex. p. m. 116.* ubi supra textum *Psalm. XIV, 7.* tempore *Adventus* explicandum *Exordium* sumit â *tempore* ex *Evangelio Dominic. I. Adventus.* Hinc propositio & partitio (1) Das Advents-Volck. (2) Der Advents-HErr. (3) Die Advents-Freude. Spectant huc etiam inventiones, qvæ â nominibus Dominicarum sumuntur. E. G. *Dominic. Misericordias Domini* sumi posset supra

pra *Evangelium Exordium* â nomine hujus *Dominicæ*, qvod fundatum *Psalm. LXXXIX*, 2. Hinc propositio: *Misericordiæ Domini*. Qvas exercet (1) vitam pro suis dando. Sive: suos defendendo. (2) suos agnoscendo. (3) suos congregando. (II.) loci. Sic e. gr. si inaugurandum esset templum, altare, baptisterium &c. Exordium ab his locis posset sumi. (III.) personarum. Habet locum in concionibus auspicatoriis vel valedictoriis, funebribus, nuptialibus, item baptismalibus, si baptizandus Judæus, Turca &c.

§. 30. *Qvartus fons* consistit in *cognatorum collatione*. Qvo pertinet (I.) causa si effectus sit in textu. E. G. *In Epistola*, qvæ *Festo Circumcisionis* apud nos explicatur ex *Gal. III*, 23. *sqq.* agitur de *adoptione Christianorum in filios DEI*, cessante lege factâ De hoc objecto seu themate meo juxta regulas §. 26. datas qværo: qvæ causa? Resp. *pater adoptans*. Hinc explico vocabulum Vater in Concordantiis, ibiqve reperio inter alia locum *Jesa. LXIII*, 16. Bistu nicht unser Vater. Sit ergo hoc exordium, & seqvatur elocutio propositionis: Die von Paulo beschriebene liebe GOttes Kinder. (1) Die Knechtschafft darauß sie erlöset. (2) Die Kindschafft dazu sie erhaben. Vel etiam ipsum meum thema de *filiis DEI* sub voce Kind explico in Concordantiis, & tum sese offeret dictum *Jerem. XXXI*, 20. en ibi causam, patrem! Hinc & hoc dictum po-

terit esse *exordium*, factâ *propositione*: Die trauten GOttes-Kinder etc. Et sic procedo in reliqvis fontibus omnibus. (II) effectus, si causa sit in textu. e. g. In *Evangel. Domin. XVI. post Trinit.* agitur de *Resuscitatione Juvenis Nainitici*. Qvis *effectus?* Resp. Laus & celebratio nominis divini: Hinc explico vocem preisen in Concordantiis, & occurrit inter alia locus *Tob. XII, 8.* Sit ergo hoc *Exordium* factâ propositione: Eine Erzehlung der höchstgepriesenen Aufferweckung des Jünglings zu Nain. (1) der Jüngling. (2) die Aufferweckung. (3) der Preiß. (III) Adjunctum s. affectio s. aliud qvoddam conseqvens. e. g. *Domin. 7. post Trinit. in Evang.* agitur de *cibatione populi*. Qværo qvodnam *adjunctum?* Resp. est miraculosa. Explices ergo vocem wunderbahrlich in Concordantiis, & seligi potest locus *Psalm. CXXXIX, 14.* Wunderbahrlich sind deine Wercke. Hinc *propositio*: Eine Erzehlung des wunderbahrlichen Werckes JEsu, neml. der Abspeisung des Volcks etc. Referri ad hunc fontem qvoqve solent textus, in qvibus sola argumenta adsunt, propositio vero deest. Ibi exordia optime sumuntur ab objecto.

§. 31. *Qvintus fons* est *tránsitio â generali ad speciale*, & qvidem (I) asserto. e. g. *Domin. 2. post Epiphan.* in *Epistolâ Rom. XII*, agitur in specie de *legitimo donorum tum administrantium qvam sanctificantium usu*. Hinc sumatur *exordium*

dium ab *asserto generali* de donis divinis, explicatâ in Concordantiis voce Gaben / ubi occurret inter alia & locus *Ps. LXVIII, 19.* Du hast Gaben empfangen. Hinc *propositio* Pauli Vermahnung zum rechten Gebrauch derer empfangenen GOttes-Gaben. (1) derer Amts-Gaben. (2) derer Heiligungs-Gaben. (II) mandato e. g. Si ex *Evang. Domin. Reminiscere* vellem proponere: Das am Gebeht anhaltende Cananæische Weiblein. (1) mit harten Kämpfen. (2) mit herzlichen Siegen. Exordium explicatâ voce Gebeht in Concordantis potest sumi â mandato illo Rom. XII, 12. Haltet an am Gebeht. (III) promisso si exemplum sit in textu. e. g. in *Evangel. in Fest. Epiphan.* agitur de *itinere magorum in quo JEsum quærunt, & quoque inveniunt.* Explicatâ voce finden in Concordantiis sumatur *Exordii* loco promissum illud *Prov. VIII, 17.* Die mich frühe suchen/ finden mich. Jam proponatur: Der von den Weisen früh gesuchte und gefundene JEsus. (1) das Suchen. (2) das Finden.

§. 32. *Sextus fons* est â *prædictione*, si *impletio* habetur in textu, & contra ab *impletione* si *prædictio* habetur in textu, valet in vaticiniis. Sic e. g. *Fer. 1. Nativ.* supra *Evangel.* sumi potest *Exordii* loco *vaticinium Jesa. VII, 14. propositio*: Der gebohrne Jungfrauen Sohn. Et sic porro.

§. 33. *Septimus fons* est ab *hypothesi* ad *thesin*, s. ab exemplo, si thesin habeas in textu.

e. g.

e. g. in *Epist. Dominic. XVII. post Trin. Ephes. IV*, agitur de *unitate Christianorum in amore*. Est *Thesis*. *Exordii* loco potest sumi exemplum Davidis & Jonathanis 1. *Sam. XVIII*, 1. *propositio*: Die durch Liebe verbundene Hertzen derer Epheser. (1) wie der Apostel dazu vermahnet. (2) wie er dazu beweget.

§. 34. *Octavus fons* sumitur â *comparatis* & qvidem (I) â pari exemplo e. g. *Dom. Latare supra Evangel.* potest sumi *Exord.* ex 1. *Reg. XVII.* 13 *sqq.* Was hie der Knecht gethan / thut der Herr selbst im Evangelio. Hinc *propositio* die Erzehlung der wunderbahren Speisung des Volcks von Christo dem HErren geschehen etc. (II) â simili. Sic *Dominic.* II. *Advent.* Supra *Evangel. Exord.* potest sumi ex *Joel. II*, 10. 11. Ita etiam erit dies extremus. Hinc *propositio*: der erschreckliche grosse Tag des HErrn. Partes jam habuimus supra. (III) â typo, si antitypus habeatur in textu. Sic si textus esset *Fer.* 1. *Paschatos Evangelium*, vellemqve ex eo agere de *resurrectione Christi facta & mulieribus annunciatâ Exordii*, loco posset sumi *typus*, *Jonæ* scilicet *Jon. II*, 1. Sic si textus ageret de *crucifixione Christi*, *Exordium* posset desumi à *typo*, *serpente* nimirum *aneo &c.*

§. 35. *Nonus fons* sumitur â *disparatis* ac *oppositis* sive relative s. privative, sive contrarie, s. contradictorie talibus e. g. *Dominic. Cantate* supra *Evangel.* sumi potest *Exordium*

ab

ab *oppoſito Jeſa. LIV, 11*: Du Troſt-loſe. Talis erat Eccleſia tum temporis, non tales Diſcipuli Chriſti in noſtro textu, â Chriſto enim ſolatii pleniſſimi redduntur. Hinc *proponatur* ex *oppoſito*: die Troſt-volle Jünger. So voll machet ſie JEſus/indem er ihnen (1) die tröſtlichen Urſachen ſeines Leydens anzeiget. (2) den Tröſter den heiligen Geiſt verſpricht. (3) deſſen auch Troſtreiche Verrichtungen eröffnet.

§. 36. *Decimus fons* ſumitur â *loco paralleło*, qvi tamen non facile ſumitur niſi commendationis gratia, cum aliàs materia futuræ tractationis præſcindatur. Intelligitur ſcilicet *locus parallelus verbalis & realis ſimul.* Sic e. g. ſi *textus* eſſet *Hebr. I, 5.* & *exordium* vellem ſumere ex *Pſalm II, 7.* ferme nonniſi commendationis gratiâ id fieri poſſet, & qvomodo illud qvod in textu habetur, jam in V. T. fuerit celebratum, dignum ergo, qvod & in Novo ſedulo conſideretur. &c.

§. 37. Adduntur his duo adhuc alii fontes nempe (1) â *cohærentia textus* cum antecedentibus, præprimis locum habet hic fons, ſi textus ſit difficilis & ejus ſenſus â contextu dependeat. (2) â *ſummaria concionis præcedentis repetitione.* Qvi tamen fons nonniſi in ordinario officio locum habet. Alii adhuc alium fontem addunt, nempe, â *paraphraſticâ textus enarratione*, qvi tamen nonniſi in methodo Syntheticâ locum habet.

§. 38.

§. 38. Sunt hi fontes illi *communes* ubi vis in præceptis occurrentes, addi his adhuc alii qvidã possunt non ubi vis occurrentes, nempe (I) â *dicto qvodam difficiliori*, cujus explicatio detur ex textu. *Exemplum* habet Magnif. Dn. D. *Jo. Frid Mayer* supra *Evangel. Dominic. Annunciat. Mariæ* in den Frühe-Stunden. p. 396. Ubi *Exord. Jer. XXXI.* 22. Hinc *propositio*: Lucæ Postill über die Prophetische Weissagung: das Weib wird den Mann umbgeben, da sich denn die Glossen finden. (1) über das Weib. (2) über den Mann. (3) über das Umgeben. (II) â *voce*, vel *dicto eminentiori* textus. e. g. Ex *Evangel. Dom. XII. post Trinit. Exordium* potest sumi à *voce eminentiori Hephata*, *& proponi*: Das Haubt- und Macht-Wort Hephata. (1) wie es JEsus erweiset (2) das Volck preiset. Vel ex Evangel. Dominic. XI. post Trinit. Exordii loco potest sumi dictum illud: Wer sich selbst erhöhet / der soll erniedrigte werden etc. Hinc *propositio*: der Hoffärtige erniedrigte/ und der Niedrige erhöhete. etc. (III) â *locis sibi qvasi contrariis*, qvorum conciliatio monstrari potest ex textu. Optimum Exemplum hic habet *B. Carpzov. in Artis Concionator. Tyrocin. supra Dominic. XIII. post Trinit.* Ubi *Exordium* â collatione, & conciliatione duorum locorum in speciem pugnantium, scilicet *Ps. XLV*, 3. & *Jesa. XLIX*, 2. Conciliatio ostenditur ex textu, in qvo (1) labia Salvatoris gratiam effusam referunt cum consolatur Discipulos.

(2)

(2) gladium acutum videmus in disputatione cum Pharisæo. Hinc *propositio*: Christus Dominus noster (1) ut svavis consolator. (2) ut gravis disputator &c. (IV.) â comodis *proverbiis*. Exemplum habet B. *Carpzov. in Concion. Funebr. Tom. 5. conc. 7. p. m. 327. Textus est Tob. III, 23. Exordium* â proverbio illo: *Post Nubila Phœbus*. Hinc *propositio*: Das Symbolum, oder das Sprich-Wort: Post Nubila Phœbus: Nach dem Ungewitter scheint die Sonne/ ubi (1) litera der äusserliche Buchstab. (2) Sensus. Der innerliche Verstand. (3) Scopus. Das endliche Absehen. (V) ab *emphatico Patrum dictu*. e. g. *Dominic. 1. post Trinit.* supra *Epistol.* sumi posset Exordii loco illud *Ignatii*, qvo *Christum vocavit amorem suum*: & *proponi*: JEsus unsere Liebe. (1) weil er uns geliebet. (2) weil wir ihn sollen wieder lieben. Vel si juxta alios dictum *Ignatii*: *amor meus crucifixus* ageret de concupiscentiis carnis, Exordii loco posset sumi *Dominic. 6. post Trinit. suprâ Epistol.* & *proponi*: Ein Christ am Kreutz/ mit der Uberschrifft: Amor meus crucifixus: Meine Liebe ist gekreutziget. (1) diejenigen die da kreutzigen. (2) die Liebe die da wird gekreutziget. (3) die Kreutzigung selbst. (VI) â decenti qvodam *cantici suspirio*, qvod deinceps symbolum aliqvod vel inscriptio potest fieri. e. g. *Fer. 2. Nativitat.* supra *Epist.* sumi posset *Exordium* ab illo *suspirio*: JESU meine Freude. Propositio:

sitio: Stephani Denck- und Wahl-Spruch: JEsu meine Freude. Wie er solches gleichsam gesungen. (1) in seinen Leben. (2) im Leyden. (3) im Sterben. (VII) â *dicto*, qvod commode *respondeat præexordio*, ubi tum utrumqve tam præ-exordium, qvam Exordium optimam faciunt dispositionem emblematicam scripturariam. Sic *Dominic. Lætare* supra *Evangel.* sumi posset *Præ-exordium* ex *Gen. XXXII, 26.* Ich laß dich nicht. *Exordium*: *Gen. XII, 2.* Ich segne dich. *Propos.* Das wegen seiner Beständigkeit von JEsu gesegnete Volck. (1) das beständige Volck/ mit diesen Denck- und Wahl-Spruch: Ich laß dich nicht. (2) der gütigste JEsus/ mit dieser Uberschrifft: Ich segne dich.

§. 39. *Qvartum* hujus Imperativi *momentum* est *Variatio* dispositionis, cujus ope concionator non modo de unâ eâdemqve re ipse sæpius, sed & de iis, qvæ dicta jam ab aliis sunt, iterum sine tædio, & cum gratiâ auditorum dicere potest, ut licet idem vel de eodem dicat, dicere tamen diversa, vel de diversis videatur. Est autem Variatio juxta *B. Jo. Ben. Carpzov. in monitis Hodeget. parentis jungendis p. 71.* duplex. altera *levior*, altera *operosior*. *Levior* est, qvæ propositionem, partitionem, & integram tractationem cum in explicatione, tum in applicatione qvoad materiam simul & ordinem retinet invariatam, & Exordium solum vel elocutionem propositionis aut partitionis mutat. Fit triplici

triplici modo. (I) qvando exordium mutatur, hinc: *qvot habes Exordiorum fontes ad textum applicabiles, tot habes dispositiones.* Sic e. g. retineamus *Evangelium Dominic. XIV. post Trinit.* cujus *naturalem dispositionem analyticam* jam dedimus supra §. 6. 12. 19. & 20. Prima hæc esto disposition addito *Exordio â pari exemplo* Elisæ 2. *Reg. V. 10-19.* Seqvatur jam *variatio* illa *levior* ex *Exordiorum fontibus.* Et qvidem sit *Dispositio* (II) sumto *exordio ex fonte causæ* scl. & qvidem *media*, qvæ h. l. est *verbum DEI Sap. XVI, 12. Propositio*: die durchs Wort JEsu geschehene cur derer 10 Aussätzige (1) die Krancken. (2) die cur selbst. (3) was darauff erfolget etc. *Dispositio* (III) sumto *exordio* ex eodem *fonte*, & qvidem â *causâ impulsivâ externâ*, qvæ est miseria illa leprosorum, in qvâ tam devote precantur, *Psalm. CVII, 19. Propositio*: die wegen ihrer Noht und ihres Gebehts geschehene Cur derer 10. Aussätzige (1) ihre Noht. (2) ihr Gebeht (3) ihre Hülffe. Dispositio (IV) sumto *Exordio* ex *fonte Adjunctorum Psalm. CIII, 1. 2. 3. Propositio* die: Preiß- oder Lob-würdige Cur derer 10. Gebrechliche. (1) die Gebrechliche. (2) die Cur. (3) das Lob. etc. *Dispositio.* (V) sumto *exordio ab asserto generali Matth. IV. 23.* JEsus heilete allerley Seuche. *Propositio*: die von JEsu geheilete Seuche derer 10. Aussätzige. (1) die Seuche. (2) die Heilung. (3) derselben ungleiche Würckung. etc. *Dispositio.*

(VI) sumto *Exordio â mandato & promisso* simul, *Psalm. L, 15. Propositio*: die von JEsu geheilete 10. Aussätzige. (1) wie sie in ihrer Noht ruffen. (2) aus ihre Noht errettet. (3) wie der Samariter nach der Errettung Gott gepreiset. Dispositio (VII) sumto *Exordio â Prædictione Jesa. XXXV, 5. 6.* spectant huc etiam *leprosi* juxta *Matth. XI, 5.* Id est impletum & in nostro Evangelio. *Propositio*: die von JEsu geschehene Cur derer 10 Aussätzige ꝛc. *Dispositio* (VIII) sumto *Exordio* â *contrario Jerem. VIII, 22. Propositio*: die von JEsu als dem rechten Artzt geschehene Heilung derer 10. Aussätzige. (1) die Krancken (2) die Artzney. (3) das Artz-Lohn. *Dispositio* (IX) sumtis *Exordiis* â *locis Sibi correspondentibus: Pra-exord. 2. reg. VI, 26. Exord. Jesa. XLI, 14.* Ich helffe dir. *Propositio* die von JEsu wiederfahrne Hülffe den 10. Aussätzigen. (1) die 10. Aussätzige mit den Bey-Worten: hilff uns mein HErr JESU ihilff uns. (2) der barmhertzige JEsus mit der Antwort: ich helffe dir. Qvæ tamen dispositio jam ad *operosiorem variationem* spectat. Et qvæ sunt istiusmodi aliæ inventiones ex his fontibus, qvas brevitatis ergo tacemus. (II) Mutatur elocutio & in propositione aut partitione alius substituitur terminus qvoad elocutionem: *qvot igitur habes synonyma, qvibus propositionem & partitionem efferre possis, tot habes dispositiones.* Modus hic est facillimus & passim jam in modo datis

datis exemplis â nobis applicatus. Talia synonyma v. g. in nostro exemplo erunt: die Heilung/ die Cur/ die Reinigung/ hülffe in ihrer Noht/ etc. Prouti tali termino propositio jam effertur, semper novam, ad minimum qvoad elocutionem, habes dispositionem. (III) Addantur dispositioni epitheta: *qvot igitur habes epitheta, qvæ aut propositioni aut partitioni adjungi qveunt, tot habes dispositiones.* Hunc modum jam habuimus supra præsentem nostrum textum §. 12. ubi juxta *attributa* textum hunc partiti fuimus. Qvot erhic nova habes *epitheta*, *tot* etiam *dispositiones* erunt. e. g. poterit considerari curatio hæc (1) als ein höchst nöthige. (2) höchst glückliche. (3) höchst löbliche. vel ita: (1) als eine sehr Sehnliche. (2) als ein recht göttliche. (3) als eine auff seiten des Samariters höchst erkentliche. etc. conf. *Werner. in præcept. pag. 295. sqq.*

§. 40. *Operosior* vero *Variatio* est, qvæ præter Exordium & elocutionem, propositionem & partitiouem, ipsam qvoqve tractationem mutat, ac totum adeo dispositionis corpus variat. *Sex* hujus variationis *modos* recensет *Carpzov. l. c.* Qvos tamen ad hos *qvatuor* contrahimus: *Primus modus* fundatur in *methodo*, & hæc est regula: *Si dispositio prior in methodo Analyticâ, alia formetur in methodo Syntheticâ. E. qvot locos communes habes didascalicos,*

Elenchticos, pædevticos &c. ad qvos totus textus totâ suâ circumferentia referri potest, tot dispositiones habes. Sic e. g. supra textum, qvem præ oculis habemus sit *Dispositio* (X) exhibens *Synthesin didascalicam de oratione*, sumto *Exordio Jacob. V, 16.* des Gerechten Gebeht. etc. *Propositio.* Eine Lehre vom Gebet. (I) die gerechten Bether / sind (1) gläubige und zu JEsu nahenhende (2) demühtige (3) andächtige etc. exemplo 10. leprosorum, & revertentis Samaritani. (II) das ernstliche Gebet selbst. (1) wie vielerley es sey / nemlich Bitte / Fürbitte und Danckſagung (2) wie jedes müsse eingerichtet seyn. Fluent omnia optime ex textu. (III) dessen viel Vermögende Krafft (1) in Leibes-Noht ex 10. sie wurden rein (2) in Seelen-Noht. dein Glaube hat dir geholffen. *Usus did.* consistit in applicatione adqvæstionem illam: qvid jam sit oratio? *Pædevt.* Sic ergo oremus. *Consolatorius* sumatur ex orationis efficaciâ. *Dispos.* (*XI*) exhibens *Synthesin Elenchticam*, & qvidem *contra Pontificios*, non ad sanctos; sed ad solum DEum tempore calamitatis esse fugiendum. *Exord. Matth. IV. 10.* aliter faciunt Pontificii: *Propositio* Eine Streit-Frage: ob man GOtt alleine ohne die Heiligen in der Noht anruffen soll? (1) Qvæstionis status ejusqve momentum: die Frage selbst und ihre Wichtigkeit. (1) subjectum qvæstionis est adoratio, descripta in textu per elevationem

tionem vocis tempore necessitatis, per maxime commoventia verba, per devotos ac humiles gestus &c. (2) de hâc jam qværitur: an ea tendat ad solum Deum, utrum vero etiam ad sanctos? (3) Affirmant posterius Pontificii: Sed damnabile hoc est dogma (II) Qvæstionis decisio, ejusqve fundamentum, der Frage Entscheidung und Richtigkeit. (1) Respondemus nimirum nos, solum duntaxat DEum tempore calamitatis esse invocandũ, non item Sanctos, (2) fundamentum petitur ex textu. (α) exemplo leprosorum & Samaritani sanatorũ, qvi non ad Abrahamum & Isaacum, sed ad solum Christum vocem efferunt. (β) ex effato Christi, qvod soli DEO debeatur honos, adorationis scilicet. (γ) qvia â nemine alias auxilium corpori leprosorum, & animæ Samaritani accedit, nisi â solo JEsu &c. *Usus did.* commendetur hæc thesis ut maxime fundamentalis practica. *Elenchi.* contra Atheos & indifferentistas, Scholasticas istiusmodi controversias vocantes. *Pædevt.* Ut qvilibet in hâc veritate persistat, eamqve in praxi sequatur. *Epan.* contra novaturientes & sec^{a} facientes. *Consolat.* pro simplicioribus, ne scandalum ab istiusmodi controversiis sumant, fundamentum manet in scripturâ firmum. item ab auxilio Domini, qvod illi sperandũ habent, qvi ad solum DEUM tempore calamitatis precibus suis fugiunt &c. *Dispost.*

(XII) exhibens *Synthesin pædevticam*, adhortationem scilicet ad preces & gratiarum actionem. *Exord. Jacob. V, 13. Propos.* die Gebehts-Pflicht zur Zeit der Noht (1) worinn sie bestehe. (2) was uns dazu bewegen und treiben soll/nempe (α) exemplum precantium (β) nostra calamitas () auxilium, qvod sperandum (δ) commendatio Christi de honore exhibendo DEO &c. *Usus did.* de necessitate precùm. *Pæd.* fiat applicatio pædevtica ad Auditorium. *Consolat.* ab exauditione. *Dispos.* (*XIII.*) exhibens *Synthesin epanorthoticam* contra vitium ingratitudinis erga DEum. *Exord.* Syr. XII, 3. den bösen Buben die nicht dancken etc. *Propositio!* das schändliche Laster der Undanckbarkeit gegen GOtt. (1) Ejus delineatio worinnen sie bestehe. (α) man dencket nicht mehr an die Noht/ darin man gewesen. (β) man erinnert sich nicht mehr/ wie man da zu GOtt geflehet. (γ) man vergisset der Wolthat/ die man empfangen/ und rühmet GOtt nicht etc. (2) Exprobratio: was uns davon abhalten soll. (α) turpe. wo sind die Neun? (β) iniqvum. DEO enim debetur honos. (γ) exemplum contrarium Samaritani. (δ) utile illud, si omittatur &c. *Usus did.* de causis & remediis hujus vitii. *Pædevt.* ad gratitudinem. *Consol.* & nostra hæc erit gloriatio: fides tua te salvavit. *Dispos.* (XIV) exhibens Synthesin consolatoriam de ereptione ex

malo

malo, qvod nos premit. *Exord.* ex *Jesa.* XXXVIII, 17. *Propositio* die zwar umb Trost bange/aber doch nicht verderbende Seele. (1) wie sie umb Trost bange. (α) da sie in Noht geräht. (β) ängstiglich darin schreyet (2) wie sie nicht verderbe. (α) wenn sie aus der Noht errettet. (β) nach der Noht preiset (γ) nach dem Preiß so viel mehr gestärcket. *Usus did.* Sic nulla calamitas sine solatio. *Pædevt.* ad patientiam, fiduciam & preces in calamitate. *Consol.* pro mœrentibus: ecce enim certissimum solatii cum mœrore commutationem. Eodem modo & plures adhuc aliæ Syntheses, qvas brevitatis ergo præterimus, ex hoc Evangelio fluent, si qvis ulteriorem impendere velit operam.

